




VARI
TRACTATUS
DE
SACRAMENTIS



WCE
788








¹⁵
S. E. 788.

Piece	1	Damson	530		
	2	"	600	Parochat	4622
	3	-	981		
	4	-	1189		
	5	-	764	-	964
	6	-	1187	-	4744
	7	-	1044	-	696
	8	-	752	-	4383

7 pieces.



Libellus d. i. gualt. parisiensis epi (N.º I)

De sacramentis ecclesie

Æ. 788.

et plene Summa penitentiarum.
Joanna de balhudi a b. d. de
utilissima oratione p. d. a. t. r. i. b. l. y.

Jac: de Domizate

cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

(1311) ...
...

...
...

...
...

...
...

...
...

...
...

2

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

Reuerendí in christo patris et dñi. dñi Guillermi
parisiens. epi sacri eloqui doctoris clarissimi. dia-
logus libri sui de sacramentis medulá fūdítus ⁊ cō-
pendiose cōplectens Cuiuslibet sacerdoti q̄utilissi-
m⁹ accurate magnosq̄ cū studio emēdatus Incipit

Prohemium.

QUONIAM me sepius rogasti Petre:
postq̄ sacerdotii sacri ordinē suscepisti:
vt aliqua te de administratiōe sacramē-
torū edocerē. prout cedūt i vsum parro-
chialiū sacerdotum. Quia vero te solli-
citem video: tue consentiā caritati. Pri-
mitus ppones questiones. et quēsdmodū a meis ante-
cessoribz ⁊ scis doctoribz didici: pro meo modulo cum
dei adiutorio respōdebo. Breuibz quoq̄ verbis vtar:
causas dicendorū modicas ponēdo. quas si scire cupias:
ad sacros canones recurras: seu ad doctorū sentētiā at-
q̄ scripta. **P** Aliud non cupio: sed exemplari modo ac-
rudi: et prout spectant ad vulgi doctrinā quero. **S** In
nomie dñi nostri iesu christi: ex quo omnia sacramēta vir-
tutem obtinent pete.

De sacramento baptismi.

Cap. primū.

Petrus. Quia sacramentū baptismi ianua ē oim
alioꝝ sacramentoz: et sine ipso salus testate dño
iesu nō habetur. idō de ipso sermo noster primo
oriatur. **S** Quia de baptismo loqueris: scias triplicē **A**
baptismū fore. Est autē baptismus fluminis. idest spiri-
tuscti quo cōtriti ⁊ cōfitentes christū: in necessitatis artí-
culo baptisantur. Alius est baptismus sanguinis: quo
martires pro christi fide morientes baptisant. Sed ter-
cius est baptismus flumis siue aque: quo fideles quoti-
die ⁊ pueri baptisant ⁊ regenerant. **S** Dic de quo isto
rū vis pponere questionē. Petrus. De baptismo aque
qui a sacerdotibz quotidie infidelibz ⁊ infantibz est mī-
nistrandus. **S** Pete de eo modica et vtilia. **P**etrus.
Quero ex q̄bus cōstituat baptismatis sacramentū quo:



modo quando quibus: et a quibus debeat ministrari.

B *Q*uestio tua quinque particulas continet. Et ideo ad unamquamque illarum prout potero respondebo. Primitus queris ex quibus constituatur baptismus. Respondeo quod ex rebus et verbis: sicut et quodcumque aliud sacramentum.

P Edissere michi que sunt res. et que verba. **R**es dicuntur elementum verba vero invocatio trinitatis. elementum enim est materia. et verba illa sunt forma sacramenti.

L *P* Declara michi quod est elementum illud quod est materia baptismi. et postea que sunt verba que sunt forma eius.

R Quia baptismus est ablutio que habet in aqua fieri. ideo aqua est propria materia huius sacramenti: et non vinum: nec oleum: nec alius liquor unctuosus. sed sola aqua. **P** Bene dixisti quod aqua est materia sacramenti.

D Sed nunquid ex omni aqua potest fieri baptismus. **R** Dico quod non: sed ex sola aqua naturali fit baptismus. Unde ex aqua rosea vel quacumque artificialiter facta non fit baptismus. nec ex vrina. cum talis aqua sit potius humor quam aqua naturalis. Ex balneo tamen luxurioso vel aqua decoctionis carniū depurata. et huiusmodi bene potest fieri baptismus. quia in eis natura aque non mutatur. Similiter ex pluvia et rore collecto fit baptismus. quia licet generentur ex vaporibus et humoribus terre: tamen per virtutem nature que fortior est arte resolvuntur in veram aquam quam ars non potest facere. Et sic omnis aqua uniuersaliter naturalis est propria materia sacramenti baptismi.

E *P* Quare magis ex aqua quam ex alio elemento fit baptismus. **R** Require in quarto sententiarum causas. Nichilominus aliquas tibi dicam: quia per aquam effectus baptismi designatur scilicet quod sicut aqua mutat sordes extrinsecas. sic baptismus purificat hominem virtualiter seu spiritualiter interius. Similiter sicut aqua per eius frigiditatem mitigat calorem. sic baptismus concupiscentie fomitem. Alia causa est propter communitatem aque: et eius abundantiam. ut propter defectum materie nullus possit a baptismi susceptione excusari. Alias causas require in scriptis doctorum super quarto sententiarum.

vt dixi. **P** Sufficit michi ad p̄sens de materia baptis-
 mi. Nūc que sit eius forma michi dicas. **S** forma sacra-
 menti baptismi est hec. Ego baptiso te in nomine patris
 ⁊ filii ⁊ spūs sancti. Amē. **P** Sūt ne omnia hec verba de **f**
 essentia forme. ita q̄ si vnū dimittat̄ baptismus nō fiat.
S Verba q̄ sūt de essentia forme sine quibz baptismus
 nō fieret sūt hec. Baptiso te in nomine patris ⁊ filii ⁊ spi-
 ritus sancti. Unde hec dictio ego cū intelligat̄ in hoc verbo **S**
 prime persone baptiso nō est absolute de essentia forme
 Similiter hec dictio Amen nō est de essentia forme ab-
 solute: sed de institutiōe ecclesie. Quia licet ponat̄ p̄pter
 expressiōem ministri. li ego. Et amen ad certitudinē effe-
 ctus baptismi. Unde cū non sint de essentia forme abso-
 lute. si quis ea dimitteret p̄pter hoc nō impediretur ba-
 ptismus quin fieret. Sed qui hoc dimitteret sciēter pec-
 caret. mandatū ecclesie transgrediēdo. **P** Nūquid pōt **h**
 bene dici baptiso me: sicut dicis baptiso te. **S** Non. q̄a
 sicut nullus pōt seipsū generare: sic nec baptisare. cū ba-
 ptismus sit quedā generatio spūalis. Ideo dicis baptiso
 te: sed nō baptiso me. **P** Nūquid potest bene dici bap- **f**
 tiso in nominibz. sicut dicis i nomine. **S** Non. quia virtus
 diuina que opatur i baptismo p̄tinet ad diuinā essentiā
 que est vna in tribus p̄sonis. Ideo ad denotandū vnita- **l**
 tem essentie dicis in nomine ⁊ nō in nominibz. **P** Nun-
 quid pōt baptisari in nomine genitoris et geniti ⁊ flami-
 nis: sicut in nomine patris ⁊ filii ⁊ spūs sancti: cū idem si-
 gnificent. **S** Non. quia solū ex illis verbis fit baptism⁹
 que significāt p̄prietates relatiuas p̄sonarū. hec autē si-
 gnificant pater ⁊ filius ⁊ spūs sanctus. Genitor autē ⁊ ge-
 nitus ⁊ flamē nō significāt p̄prietates relatiuas perso-
 narū diuinarū: sed dicūtur actus notionales ipsarū per-
 sonarū. et significāt magis ipsos actus q̄ ipas p̄sonas.
 Et ideo solum In nomine patris ⁊ filii ⁊ spūs sancti fit ba-
 ptismus: et nō in aliis verbis. **P** Nūquid fit baptism⁹ **l**
 sic dicendo Baptiso te in nomine patrias et filias ⁊ spūs-
 sanctas. sicut dicunt laici. **S** Attende q̄ mutat̄ forma
 a 3

De Sacramento

baptismi quibus modis. Uno modo variando. et hoc dupliciter: vel circa significationem verborum. sicut dictum est in nomine genitoris. et sic non fit baptismus. Alio modo circa voces solum manente eadem significatione et modo significandi. et sic diversis linguis fit baptismus sicut latino greco et gallico sermone. et sic talis variatio non obest. Similiter variando circa voces manente eadem significatione. et hoc in mera simplicitate. sicut laici faciunt qui nesciunt verba latina proferre: vel formare. ut in nomine patris. et sic vel ponendo nominativum vel dativum pro genitivo. et sic non impeditur baptismus. Secus enim esset si intelligens hoc faceret ex mala intentione et ut novum ritum vellet facere et inducere. quia sic peccaret et baptismum impediret. Secundo mutatur forma corrumpeudo vel diminuendo scilicet subtrahendo aliquid quod sit de essentia forme. ut si dimitatur li baptiso vel li te. vel aliquod trium nominum personarum. et sic non fit baptismus. Veruntamen si necessitate mortis imminente una persona solum nominetur. Et puer decedat antequam alie persone nominentur. ut sic dicendo. Baptiso te in nomine patris. et tunc puer decederet antequam diceretur. et filium et spiritum sanctum. Dicitur credendum est quod sumus sacerdos scilicet deus supplet defectum. Si tamen puer superviveret. ratione dubium sub conditione puer baptisandus esset. Et quod ecclesia in baptisando tres personas exprimit: et non solum unam. Si vero subtrahatur vel diminuatur aliquid quod non est absolute de essentia forme sed solum de institutione ecclesie. sicut li ego. ut li amen. Non impeditur baptismus. peccaret tamen qui hoc scienter faceret. Tercio impeditur baptismus addendo scilicet quando additio corrumpit sensum. et est contra reverentiam personarum. ut si dicatur. Baptiso te in nomine patris maioris et filii minoris. quia persone coequales sunt. Si vero additio non corrumpat sensum nec sit contra reverentiam personarum baptismum non impedit: siue fiat a parte antequam. ut dicendo. Baptiso te in nomine patris omnipotentis et filii unigeniti: et spiritum sanctum paracleti. Siue etiam a parte post. ut dicendo. Baptiso te in nomine patris et filii et spiritum sanctum: et beate marie virginis

z huiusmodi: nō impeditur baptismus. Et hoc tamē intelligitur quādo ille qui hoc addit nō intendit facē nouum ritū. nec hoc faciat ex malicia: sed ex mera simplicitate. Similiter q̄ nō credat z intendat: q̄ baptismus efficacitā habeat ex beate marie iuocatione. vel beati nicolai: sed ex sola iuocatione trinitatis. s̄z solum credat q̄ oratio beate marie virginis vel beati nicolai: prosit baptisato ad sui baptismi conseruationē. Quarto impeditur baptismus trāspōnendo scilz litteras vel sillabas quibus sensus corrūpitur. Si vero transponat dictiones. sicut li baptiso post te: nō impeditur baptismus licet peccet hoc faciens. Quinto corrūpitur baptismus interponēdo. quādo fit tāta interpositio verboꝝ z operū: q̄ corrūpitur intentio z actus baptismi siue baptisantis vel iter miscendo aliquid impertinēs ad sacramentū. vt dicēdo Baptiso te in nomie patris: z tūc aliud opetur per magnū tēpus: vel aliquid dicat in medio. vt baptiso te i nomine patris vade fac ignem z hmōi. Talis discōtinuatio magna corrumpit baptismū. Si vero ppter necessitatem fiat modica interpositio. sicut screando vel sternutando: nō corrumpit baptismus. Igitur ex oibus pmissis collige: q̄ forma baptismi est hec. Ego baptiso te in nomine patris et filii z spūssancti. Amen.

De modo baptisandi.

Cap. ii.

Q Errus. Sufficit michi de prima parte questiois mee. Nūc michi de scōda particula respōdeas scilicet. quomō fiat baptismus **S** Quia de ritu et modo baptisandi queris. Dico q̄ dupliciter datur vel fit baptismus secundū vsū diuersarum ecclesiarū. Quādoq̄ datur vel fit per iersionē: ita q̄ totus puer iergitur in aqua. Quādoq̄ etiā datur vel fit per aspersiōnē: quādo puer aspergitur: z super eū aqua infunditur.

P Nūquid hec iersio vel aspersio semel fiet aut pluries **S** Secundū ritum diuersarū ecclesiarum qñq̄ fit terna iersio: vel aspersio. qñq̄ vnica. Et in his cōsuetudo ecclesiarū est seruanda **P** Utrū i locis vbi cōsuevit

a iiii

- ecclesia trinā immersionē facere si solū vnica fiat nūquid erit puer baptisatus **S** Sic. sed faciens peccat mandatu ecclesie. et consuetudinē nō faciens: sed transgrediens nisi simplicitas eū excuset **P** Que pars corporis debet imergi vel aspergi **S** Caput quia in eo om̄s sensus vigent. et in eo est principiū vite aīalis **P** Et si caput haberi nō possit: nūquid potest alia pars que haberi potest aspergi. vt patet in pueris ex. stētibus i vteris maternis quoz sola manus apparet. et de periclitatione timetur.
- S** In tali casu debet aspergi pars q̄ apparet et pie credendū est q̄ deus supplet defectū. Si tamen post modū viuus habeat debet totus imergi: vel saltē caput aspergi sub cōditione sic dicēdo. Puer nō intendo te baptisare nisi baptisatus nō fueris: sed si baptisatus nō fueris: ego baptiso te. in nomie patris et filii et spūs sancti. et hoc est securius quia aliter nō intelligit̄ baptismus perfici.
- Igitur baptismus per immersionē vel aspersionē vnica et vel ternā habet fieri et fac sicut ecclesia in qua habitas consuevit **P** Petrus. De tertia parte mee questionis michi respondeas. scilicet quando dandus est baptismus: scilz statim vel differēdus **S** In adultis non est statim dādus. s; potius per aliquod tēpus differēdus: q̄a pbandi sūt si ex fide accedūt. Ne resiliant a proposito et cōtumeliā faciant sacramento. Pueris vero ppter periculū mortis est statim dandus: nec est differēdus: quia nō potest eis aliter subueniri.
- P** Quibus vero dādus an oibus indifferēter pueris sit mistrandus edicito. **S** Pueris gentiliū et iudeoz nō est. iuitis parentibz: aut eis ne scientibz baptismus mistrandus: maxime tempore quo carent vsu rōnis. Cū scōm ius naturale i tali tempore sint sub parentū cura: et tutela. qui possent eos inducē ad relinquendū qd̄ ignorātes susceperūt: qd̄ verteretur in fidei vilipendiū. Unde bt̄s augustinus dicit q̄ nō est bonū faciendū vt inde pueniat malū **P** Quid de infātibz quos meretrices relinquūt in foribz ecclesiarū et i biuis. de quibz dubitat̄ an fuerint baptisati **S** De hu-

taliummodi infantibus et pueris quos statim natos comperit:
 et nescitur an fuerint baptisati. Consulit ut sub conditione
 ne baptisent. Sub hac forma. Puer si fueris baptisatus
 te rebaptisare non intendo: sed si non fueris baptisatus ego ba-
 ptiso te in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. Quia in tali casu
 non dicimus baptismum iterari. quia non dicimus iteratum quod
 nescit esse factum. **P** Et quod de his pueris est faciendum quos
 obstetrices ad templum deferunt. et eos in necessitate ab eis
 asserunt baptisatos. **S** Eodem sicut in predictis facias et
 eos sub conditione baptises: nec in mulieribus verbis assentias.
 quia cum ignare sint credit semper eas verba baptismi corrup-
 te protulisse: aut immersionem seu aspersionem modo indebito
 fecisse. Et ideo pueros sic sub conditione baptisatos non est
 rebaptisare: sed potius sue salutis succurrere.

Quis potest baptisare.

Cap. iiii.

Q Etrus. De ultima parte mee questionis michi re-
 spondeas scilicet a quibus baptismus debeat seu pos-
 sit ministrari. **S** Quilibet naturam humanam habentem
 congruit hoc sacramentum ministrare. quia sicut aqua est
 elementum quo baptismi sacramentum efficitur propter eius com-
 munitatem. ut nullus possit propter defectum materie a non
 suscipiendo baptismum excusari. Sic omnis homo siue mas-
 culus siue femina potest baptismum ministrare in necessitate:
 ut nullus etiam possit propter defectum ministri excusari. **P**
S Si omnis homo est minister huius sacramenti. quare sacerdotibus
 ad baptisandum pueri deferunt. **S** Sacramentorum
 sacerdos minister est principalis. ideo prius et principaliter
 ad ipsum pertinet huiusmodi sacramenti ministratio. quia cessante
 necessitate hoc sacramentum cum sollemnitate fieri debet scilicet
 sub benedictione aque et huiusmodi. licet non sint de essentia sa-
 cramenti. sunt tamen de honestate et congruitate. Et quia hec
 ad sacerdotem pertinet: ideo primo nisi necessitas occur-
 rat: debet ad baptisandum ad sacerdotem deferri: et a sacer-
 dote baptisari. Sed necessitate urgente: et sacerdote absente
 possunt pueri a clericis baptisari. et si clerici non fue-
 rint possunt a laicis: et prius a viris. et si viri sint absen-

De Sacramento

- tes: mulieres possunt pueros in tali necessitate baptisare. Et ideo laici tam viri q̄ mulieres sūt a sacerdotibus ad baptisandū pueros instruēdi
- A** **P** Done q̄ matre pariente: nullus fuerit p̄sens nisi pater. Nūquid pater pōt in tali necessitate suū propriū filiū baptisare z ius petendi debitū matrimonii ab vxore nō perdere. **S** In tāta necessitate vbi per aliū q̄ per patrē vel matrē puero nō potest subueniri. licitū est parentibz suos pprios filios baptisare. Nec ppter h^o a iure debiti matrimonii sunt priuati. Aliud tamen esset z est si temerarie alter eoz suum propriū infantem baptisaret. vel ambo. quia si quis hoc faceret iure debiti matrimonii priuaretur. Etiā ambo si vteroz eoz hoc temerarie faceret et propriū infantē baptisaret vnus: z alius eū susciperet
- B** **P** Nūquid possunt duo homies vnū puerū baptisare. quoz vnus verba pferat: et alter imergat vel aspergat. vbi gratia. Duo sunt quoz vnus mancus. quia manus nō habet et loqui pōt et alter mutus. qui loqui nō potest. et manus habet. i necessitate nūquid pōt mancus puero sibi p̄sentato verba proferre. et mutus imergere vel aspergere. vt eoz opere baptisatus sit puer **S** Dico q̄ nō: quia oportet i baptismo q̄ simul concurrāt in actione baptisandi ex eod̄ verbū prolātū cū operatione elemēti. Aliter falsa esset oratio que v̄tutē baptisimi exprimeret. vt dicēdo: baptiso te Oportet q̄ ille qui imergit seu baptisat loquat̄ z q̄ verbum eius accedat ad elementū. Aliter esset falsa orō ei⁹ Unde si mancus qui imergere non potest dicat baptiso te mentit̄. quia nō imergit sed potius mutus. et idō non baptisat. inde necessariū est q̄ ex eodē proferant̄ verba simul cū aque imerstone vel aspersiōe
- C** **P** Quia dixisti q̄ ois homo pōt baptisimū ministrare. Quero an heretici: scismatici: pagani: iudei z infideles possint ministrare sacramentū baptisimi **S** Dico q̄ sic. dū tamē habeāt intentionē vniuersalis ecclesie faciendī qđ facit ipsa ecclesia absolute. Nec obest baptisimū suscipiētibz ignorāter ab eis
- D** **P** Ad quid pdest baptisimus: fecte accedentibus

ad illū **S** Si fictus aliquis accedat ad baptisimū. sicut sepe videmus iudeos nō intendēs ibi aliquid recipere. nisi solū id quod facit ecclia. Sacramentū. i. abluōnē recipit et caracterem. sed rem sacramēti. i. grām spūs sancti nō recipit: sed recedēte fictione nō ppter hoc est rebaptisandus. cū baptismus reiterari nō possit. sed penitere et cōfiteri debet de fictione. et tūc suscipit grām spūs sancti: et virtutē obtinet sacramēti **P** Ad qd pdest illa gratia que in baptismo conferē **S** Homine a pena et culpa totaliter absoluit. eoz pctōz que ante baptismū gesserat. Tamē qā i paruulis solū ē originale pctm et nō actuale cū vsu rōnis careāt ipos a pctō originali tm purgat. et a pena absoluit. q pro eo debet. Adulti vō qā nō solū contraxerat pctm originale: sed etiaz actuale eos ab vtroz absoluit et a pena q pro vtroz debet liberat.

Utrū ad leuandū puerū de baptismo debeāt aliq interesse **E**
Etrus. Nūqd ē necessariū q aliq ad **Cap. iiii.**
Q leuandū puerū accedāt sp. vel nūqd potest idem **f**
 puerū tenere et ipsū baptisare **S** Iustum est vt
 aliqui ad suscipiendū puerū de sacro fonte accedāt. qui
 patrinī dicūtur. Quia sicut baptisans est sicut pater spū
 ritualis. ita suscipiēs ē qsi mater vel nūx spūalis. Ideo
 sicut i gnatione naturali reqrit pater et mat. ita i spūali
 gnatione. Un sicut mat fungit ad puerū officio nūcis.
 sic suscipiēs puerū offi nūcis spūalis et nutrire spūalē
 tenet et ipz erudire In sūma tm necessitate vbi plures ha
 beri nō possēt possz ille idē q imergit puerū vel aspgit i
 baptismo suscipere vtroz officio fūgit. **P** Quot ad su
 scipiendū puerū de sacro fōte sufficiūt **S** Un solus. sed **S**
 qnoz duo ad designandū vnitatē deitatis et hūanitatis i
 xpo. et qnoz tres ad plus admittunt: ppter trinitatē pso
 narū et repntationē. Nec plures q tres recipias: qā mul
 ta cognoui matmonia ppter hmōi cognatiois spūalis
 multiplicationē ipe dirū: sicut declarabo cū de matrimo
 nio dicā **P** Ergo cōsanguinei possunt plures interesse **b**
S Omēs consanguinei in gradu attinētie pueri bapti
 sati et eius parentū pro vnica psona reputant. Et ideo



quādo dicif q̄ solū tres persone recipiant ad leuanduz
puerū: intelligit̄ de illis que nichil attinet̄ puero nec ei⁹
parentibus: et inter quos posset matrimoniu copulari.

J **P** Quot annoz debent esse puerū de sacro fonte susci-
pientes **S** Adulte etatis: ⁊ tot annozū q̄ suoz possunt
esse memozes factor. Et ideo pueros nō admittas ad le-
uandū pueros: quia suos filios docere nescirent. Et etiā
p̄opt̄ eoz labile memoriā post imemozes facti sui: pos-

k sunt ducere filias suas in vxozes **P** Si sacerdos ex im-
prudētia baptisat masculū puerū quē feminā credit esse
nūquid est puer rebaptisandus **S** Non. quia baptism⁹
nuliū propriū sexū sibi appropriat: sed naturā humanā
Unde p̄ma intētio ecclesie ⁊ ministri: est puerū ⁊ homi-
nē baptisare: et per accidens virū vel feminā. Idō si ma-
sculū baptisaret quē credit feminā. vel feminā quā cre-
dit masculū: nō ē rebaptisandus puer. S; nomē appro-
priandū est q̄ suo sexui cōgruit. vt si femina fuerit: ⁊ nō
men ei impositū fuerit in baptismo iohānes: iohāna vo-
cetur. Et si nō fuerit nomē propriū sexui: voce sc̄dm no-
men vnus de patrnis: vel sc̄dm consiliū episcopi. **P**

L Qui si mulier mortua fuerit ⁊ puer credat̄ viuere agen-
dū est **S** Si cōstiterit eaz esse mortuā statim aperiatur:
et puer extrahatur ab ea. et si viuus reperiat̄ baptisetur

P Et si puer reperiat̄ mortuus: nūquid est cū matre se-
peliendus **S** De hoc sunt diuerse opiniones. quidā di-
cūt q̄ sepeliēdus ē cū matre: licet non fuerit baptisatus:
q̄a porcio matris ē. Et huic opinioni videt̄ cōsentire gau-
fridus i summa sua. Alii dicūt quibus magis cōsentio.
q̄ non est cū matre in cimiterio sepeliendus: quia postq̄
formatus perfecte reperitur: dubiū nō est in eo aīaz per-
fuisse distinctam ab anima matris. et etiā corpus eius li-
cet ei coniunctū fuerit ⁊ ab ea sumpsit alimentū. Et idō
idem est iudiciū de eo sicut de pagano. Et he due opi-
niones tangūt̄ in decretis. de cōsecratione distinct. i.

M super illud. ecclesia in qua mortuozum. ⁊c. **P** Multa
sunt que precedunt baptismum et que sequuntur. que

sunt illa michi doceas. **S** Omnia tibi declarare longum
 esset tamen teneas quod eorum quedam dicuntur cathecismus: et alia
 exorcismus. Exorcismus est illa adiuratio que fieri habet
 antequam baptismus ministretur, et ibi sunt plura. scilicet primum
 in fronte signatio ad expellendum virtutem demonis. Secun-
 dum est benedictio cum manus impositione, ad precludendum
 viam diabolo expulso ne redeat. Tertium est aurum sputo li-
 nitio, propter fidei receptionem. Quartum est narium sputo li-
 nitio, propter fidei approbationem. Quintum est salis in ore
 appositio, propter fidei doctrine confessionem. Sextum est olei
 facti ante et retro inunctio: propter aptitudinem eius contra
 demonem ad pugnam. Septimum est aqua benedicta contra dia-
 bolicas impugnationes exteriores. Et hec septem ad exorcis-
 mum pertinent. Ad cathecismum vero pertinet fidei instructio:
 de qua debent instrui ad baptismum venientes, et ideo dicitur
 parvulis. Credis in deum, etc. et patrini respondunt, credo,
 promittendo se opera duros ut credant. Adulti vero de-
 bent per seipsum respondere. Igitur hec duo scilicet cathecismus
 et exorcismus precedere debent baptismum. Illa vero que se-
 quuntur baptismum tria sunt, quorum primum est crismatis un-
 ctio in vertice: que significat descensum spiritus sancti. Secundum
 est alba vestis: que designat innocentie puritatem. Tertium est
 candela que in manu ponitur, que designat lumen cogni-
 tionis: quod debet habere baptisatus in bonis sectandis: et
 malis evitandis. **P** Conuenit ne hec omnia operari in puero **n**
 iam in necessitate a laicis baptisato seu ab aliis. **S** Non
 conuenit quia ut iam dixi, exorcismus ordinatur ad inimi-
 ci expulsionem, et cathecismus ad fidei instructionem. Per
 baptismum autem et diabolus eicitur: et patrini in fide firmi
 sunt: et iam pro eo se sponderunt, ideo non oportet illa
 iterari, sed solum illa que sequuntur baptismum presbiter ope-
 retur, scilicet linitio crismatis, etc. **P** Quis eorum videtur **o**
 precedere exorcismus aut cathecismus. **S** In adultis se-
 per debet precedere cathecismus quam exorcismus, quia in fide
 prius debent informari. In parvulis vero quia nondum
 habent usum rationis, secundum usum ecclesie precedit exorcismus

ad expellendū diaboli potestātē: ne vite eorū insidiet ne recipiant sacramentū. Sufficit autē patrinorū eorū fidelium pro eis fidei confessio. Hec tibi petre de sacramēto baptismi dixi. rogo te vt ad presens tibi sufficiat.

De sacramento cōfirmationis.

Cap. v.

Petrus. De aliis sacramētis me doceas. Et marie de eis que caracterē imprimūt: quē admodū et baptismus. **S** Tria sūt sacramenta que imprimūt caracterē: et ideo nō sunt iterabilia. scilicet baptismus. confirmatio et ordo. de baptismo tibi dixi. de aliis duobus ad te nō pertinet: sed solis ep̄s est eorū admīstratio cōferenda. **P** Aliquātulū de his dicitis. **S** Petre prius de cōfirmatione que sequi debet baptismū. **P** Dic michi quā sit forma. et que materia sacramēti cōfirmationis. et qui debent cōfirmari: et a quibz. et quo loco cōfirmatio conferratur. **S** Materia huius sacramēti est oleum oliuarū et balsamū simul mixtū: et vocatur crisma. quōd a solis ep̄s consecrat. et āno quolibet renouat. et vetus debet igne cōcremari. forma autē huius sacramēti scilicet cōfirmationis est talis. Consigno te signo crucis. et cōfirmo te crisma te salutis. In nomine patris et filii et spūs sancti. Amen. Solis autē ep̄iscopis ptinet hoc sacramentū ministrare eo quod sunt in gradu altiori. et ad eos ptinet ascribere fideles ad pugnā spūalem. ad quā eligunt cōfirmati. Sicut ad reges et duces ptinet ascribere milites ad pugnā temporalē. papa tamen de plenitudine potestatis potest cōmittere sacerdoti. quod sacramentū cōfirmationis et minores ordines cōferat. Ad om̄s autē vtriusq; sexus pertinet hoc sacramentū suscipere. qui vsū rōnis habēt. Quia ad statū militie spūalis om̄s xpiani debēt admitti. et nomen christi cōfidenter: et audacter confiteri. Unde periculosū est hominibz hoc sacramentū nō conferri. Ideo ne eorū ignorantia sit crassa que contēptum generare videatur. bonū est consiliū vt moueantur sepius ad huiusmodi sacramenti susceptionē. Et ad querendū ep̄iscopū

ut illud suscipiant. Debet autē ille qui hoc sacramentū
 suscipit esse ieiunus penitens et cōfessus. In fronte vero
 hoc sacramentū confertur. Eo q̄ est locus euidentior. ut
 confirmatus plenarie et plena fronte confiteat̄ nomen
 christi: et se esse christianū. Et non verecūdetur confiteri
 nomen christi. quia in illo sacramēto spūssanctus datur
 ad robur. Debet autē ille qui cōfirmatur teneri ab alio
 quādo ab episcopo inungit̄. Et spāliter a cōfirmato. nec
 refert siue a viro siue a muliere teneat̄. Dum tamen fue
 rit tenens cōfirmatus. Et hoc est ut instruat̄ ad pugna
 spiritualē et confessionē fidei ab eo a quo tenetur. Debet
 etiam ille qui confirmat̄ per triduū ferre ligaturā qua
 frons eius ligatur p̄pter crismatis confirmationē ⁊ tri
 duane dñice sepulture significationē. Et in tertia die ad
 sacerdotē accedere debet. et sacerdos cū sale ⁊ aqua fron
 tē cōfirmati abluere in piscina: siue in loco sacro: ⁊ se
 creto ligaturā cōburere. et cineres in terrā cūiteri ope
 riri. Nichil āplus tibi dicā de cōfirmatiois sacramēto.

De sacramento ordinis.

Cap. vi.

Petrus. Nūc de sacramēto ordinis aliqua michi
 dicas **S** Luriosus es. sufficiat tibi sacramēta de
 quibz indiges erga plebē **P** Aliqua parua a te
 de illo audire cupio: quia forte michi proderunt prout
 spero **S** Pete **P** Quero a te quid sit sacramentū ordi
 nis. et si materiā et formā habeat. et quot sunt sacri ordi
 nes. **S** Sacramentū ordinis ē quodam signaculū ec
 clesie quo spiritualis potestas traditur ordinato ⁊ quo
 suscipiens cōsecratur. Illa vero que porrigūtur eis qui
 ordinātur sunt materiā sacramēti ordinis. sicut calix cū
 vino. patena cum pane sacerdoti. vnde illa res que per
 tinet ad ordinem qui suscipitur et datur: in illo ordine
 materiā ē illi⁹ sacramēti ordiis qđ suscipit̄. sicut subdia
 cono vacu⁹ calix. Accolito traditio cerei ⁊ cādelabri ex
 orciste liber exorcismoz. lectori liber pphtāz. hostiario
 clauis. forma v̄o hui⁹ sacramenti ē sermo epi: ⁊ v̄bū qđ

episcopus dicit in illa porrectione illarū rerū dirigens ad eos qui ordinātur. Et utitur epūs in illa forma verbo imperatiuo dicendo. Accipe vel age hoc vel illud. vñd ista porrectio rerū ⁊ verbum epī ad illos qui ordinātur sūt de essentia sacramēti ordinis. Sunt autē septē ordines qui ordinant omēs ad sacramentū eucharistie. Quorū quatuor primi ordinant ad disponendū eos q̄ ad eucharistiā accedunt dignos suscipiētes. et indignos repellentes. quozū primus dicit exorcista: qui potestatem demonis repellit ab ergumīs. Scdūs dicit hostiarius qui expellit indignos a cōsortis fidelū: ⁊ introducit dignos. Tercius est lectionarius vel lector. qui per sacrā scripturam intellectū illuminat fidelū. Quartus est acolitus. q̄ deferēdo cereos deuotionē exercitat fidelium. Et isti quatuor ordines dicunt nō sacri non q̄ sc̄titate careant: sed quia nō ordinātur ad tam sacra sicut alii tres. Nec istis quatuor est continētia annexa. Tres autē alii ordines sacri dicunt. quia referūtur ad sacramēti eucharistie consecrationē. Quozū primus dicit subdiaconus: qui vasa dñici corporis ⁊ sanguinis portat. idō subdiaconi accipiūt calicem de manu episcopi: sed vacuū. vñde subdiaconus disponit materiā eucharistie. Scdūs autē est diaconus: qui in oībus dispensat sacerdoti ⁊ mīstrat. Tercius ordo est p̄s biteratus. qui eucharistiā consecrat. Et sic isti tres ordines ad eucharistiā directe referūtur. q̄a subdiaconus materiā ordinat: et offert diacono: ⁊ diaconus p̄s bitero. **P** Quomō pōt ordo esse vnū sacramentum: cū sint septē ordines. **S** Sacramentū ordinis dicitur vnū vnitate p̄fectionis siue finis. sicut domus dicitur vna: ad quā edificandā multa p̄currunt. sicut omēs ordines ad vnū vltimū actum: qui d̄z eucharistia. Tamen nō d̄z vnū vnitate idiuisibilitatis vel continuationis cum vnus ordo possit esse sine alio. **P** Nūquid in quolibet istoz septē ordinū imprimitur character. **S** In singulis ordinibz: etiā singuli characteres imprimūtur ⁊ distinguūtur inter se: sicut ordines distinguunt. Et ad vlti-

mū caracterē. scilz p̄sbiteratus vniūtur. Et imprimif ca-
 racter in quolibet ordine i traditione instrumēti apti ad
 illū ordinem cū recipitur cum debita forma verborū q̄
 ab episcopo proferūtur. Sicut in traditiōe clauū eccle-
 sie caracter hostiarū imprimif. Caracter vero lectoris:
 in traditione libri p̄phetarū. Caracter exorciste: in tradi-
 tione libri exorcismoz. Et caracter acoliti: in traditiōe
 candelabri vel vrceoli. scilicet vasis in quo vinū et aqua
 ponitur p̄pter consecrationē. et illud administrat subdi-
 acono qui ibidem vinū ponit. Caracter vero subdiacono
 ni imprimif in calicis vacui cōsecrati traditione: cū for-
 ma debita verborū episcopi. Et in his quibz ordinibus
 in traditione predictarū rerū cū debitis formis verborū
 ep̄i: caracteres imprimūtur. De duobz aut ordinibz. sci-
 licet diaconatu z p̄sbiteratu: quidā dixerūt q̄ caracteres
 imprimūtur in manuū appositione: sed nō placet aliis:
 eo q̄ caracter imprimif in traditione alicuius rei cōpe-
 tentis ad illud sacramentū vt dictuz est. Unde licet per
 manus impositionē detur plenitudo gratie ad admini-
 strationē sacramentoz sicut sacerdoti tamq̄ principali
 et diacono tamq̄ ministro. Tamē caracter imprimitur
 in traditione rerū ad eos ptinentium. Unde quuis prin-
 cipalis actus diaconi sit portare corp⁹ christi cū patena
 et sanguinē dispensare cum calice. Tamen in sua ordi-
 natione nō potest exprimi per traditionē vasoz tm̄: cū hec
 dentur subdiacono. Nec per traditionē materie. scilz cor-
 poris z sanguinis christi: quia non est decens q̄ eis tra-
 datur sanguis in calice: z corpus christi in patena. Cum
 sacerdoti qui est principalis: solū detur panis in patena
 et vinū in calice: z nō corpus z sanguis. Ideo q̄tum ad
 actum secundariū qui est legere euangeliū: dicitur cara-
 cter imprimi in traditione libri euangeliōz cum debi-
 ta forma verborū ep̄i. Similiter dicit in ordine sacerdo-
 tali caracter imprimi: in traditione panis in patena z et
 vini in calicem cū debita forma verborū ep̄i. Quia prin-
 cipalis potestas sacerdotis: est cōsecrare corpus christi

De Sacramento

verū ⁊ sanguinē. Et hanc potestātē dedit prius xpūs ante passionē suam discipulis suis: cum dixit. Hoc facite in meā cōmemorationē. Sꝫ scdūs actus sacerdotis: est solvere ⁊ ligare fideles: et disponere ad eucharistie sūptionē. Cuius potestātē accipit per manus epī impositionē. cū episcopus dicit. Accipite spm sanctū. et quoz remiseritis pctā. ⁊c. ⁊ hec pertinet ad corpus christi misticū. Et quia hoc sacramentū ordinis respicit prius corpus christi verū q̄ misticū. Ideo dicitur caracter imprimi: in reruz traditione cū forma verborz episcopi: ex quibz sacramentum eucharistie cōficitur. scilz in pane ⁊ patena: ⁊ vino ⁊ calice. Similiter in vnctione manūū sacerdotum. nō imprimitur caracter: sed solū fit vnctio manibus sacerdotum. vt eis tangant corpus christi. Sicut calix inūgitur vt contineat sanguinē: ⁊ patena vt cōtineat corpus xpī. Similiter scias q̄ ex vestimētis caracter nō imprimitur sed solū ex eis significat idoneitas que ī sacerdote ⁊ ministris ecclesie debet esse. **P** Quia de vestibz sacris mentionē fecisti. dic michi quid significāt ⁊ ad quid ministris ecclesie sūt concessē. **S** Ornatus vestimentoz exteriorū significat ornatū interiorē morū quē habere debent q̄ ad diuina tractanda accedūt. Quedā autē vestes requiruntur in superioribus ministris que nō requirūtur in inferioribus et quedā sunt cōmunes oibus: et sūt tres vestes. scilz alba camisia totū corpus cooperiens que significat puritatē vite: et amictus humeros tegens quo significat fortitudo bonoz operū. maxime ad diuina officia exequēda. Et cingulū quod significat rēphensionē carnis. Subdiaconus autē vltra hec habet duo. scilz manipulum quasi sudariū ad tergendū limpidinē oculoꝝ id est omnē negligentia circa diuina misteria: eo q̄ primo ad sacra tractanda subdiaconus admittit. Habet etiam tunicā strictā per quā doctrina apostolica ī legēdo apostoli textū significatur. Diaconus vero sup hoc habz stolum a sinistro humero in dextrū tendentem ad significandū fortitudinē ⁊ tolerantia aduersoz. Habet etiā dalmā

ticam largam ad significandū largitatē in dispēfatiōe
 sacramentoz. Quia diaconus primo dispensator sacra-
 mentoz ponitur: quia sanguinē chasti dispēfat. In dis-
 pensatiōe vero requirit largitas. Sacerdotibz vō i vtro-
 qz humero ponit stola. vt ostendat q̄ plena potestas di-
 spensandi sacramēta sibi datur. vel per hoc significatur
 arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris. in successiōe aduer-
 soz et prosperoz. ⁊ idō stola descendit vsqz ad inferiora
 Sup his additur casula rotunda ad significandū cari-
 tatem: que est supna oīm virtutū: quia sacerdos p̄secrat
 sacramētū caritatis. scilz eucharistiā. In episcopis plu-
 ra sup addūtur. scilz calige ad designandū rectitudinem
 gressuū id est affectionū. Sandalia. ad designandū con-
 temptū terrenoz. Subcinctoriū quo stola ligatur cū al-
 ba. significat amorē honestatis. Tunica talaris: perseue-
 rantia in aggressionē arduoz in bonis opibus. Dalma-
 tica: significat largitatē in opibus misericordie respectu
 indigentū. Anulus significat desponsationē ecclie. Per
 cirotecas significat cautela in opere. Per mitrā signifi-
 catur scia ⁊ doctrina vtriusqz testamēti. scilz noui ⁊ vete-
 ris: vnde ⁊ duo cornua habet. Baculus. curā pastozalez
 designat: quia debet colligē vagos: ⁊ hoc significat cur-
 uitas baculi. sustentare debiles ⁊ infirmos: ⁊ hoc signifi-
 cat stipes baculi. ⁊ debet pūgere lentos: ⁊ hoc significat
 stimulus in pede baculi. Und v̄. Collige. sustēta. stimu-
 la. vaga. morbida. lenta. Sed vltorius archiep̄i habent
 palliū: in signū priuilegiatē potestatis. quia archiep̄s
 princeps est ep̄oz subditoz. Und palliū significat tor-
 quē aureā quā solebant legitime certātes accipe. Ecce si-
 gnificationē vestiū audisti. P Nūquid corona est ordo
 Non. sed est signum distinctiuū ministrozū ecclie a
 plebe cōmuni. Similiter per tonsuram clericalē: depu-
 tatur quis ad cultum diuinū: non ad sacra tractāda: sed
 ad laudes diuinas deuotius dicendas et canēdas. Un-
 de tonsura fit in modum corone quia reges sunt. scilicet
 se et alios regentes: et in deum regnum habent: et deo

De Sacramento

seruire regnare est: ad cuius seruitiū sūt deputati. Simi-
liter fit i racione capilloꝝ: ad designandū renūciationē
supfluoꝝ terrenoꝝ. quia deum clericus hereditatis sue
partem cōstituit ⁊ se heredem dei facit. sic etiam in supe-
riori parte capitis fit: ad designandū q̄ semp debemus
habere oculos mētis ad deum eleuatos. ¶ Nūquid epi-
scopatus est ordo. ¶ Scias q̄ dupliciter ordo dicitur. Uno
modo scōm respectū ad corpus christi verum scilz ad cō-
secrationē hostie. et sic ordo est sacramentū pprie: et isto
modo ep̄atus nō est ordo: quia ep̄us nō habet superiorem
potestatem nec maiorem sacerdote: q̄tum ad consecra-
tionē corporis christi. Alio mo° sumitur ordo scōm q̄ ē
quodā officium respectu quarundā actionū sacramento-
rū. et sic cum episcopus habeat potestatem respectu corpo-
ris christi mystici qd̄ est ecclesia in actibz ad sacramen-
toꝝ principatū ptinentibus sicut illo modo ep̄atus est
ordo cōmuniter: nec est sacramentū sed sacramentale.
Unde episcopatus ab ordine sacerdotis dependet: ⁊ epi-
scopalis potestas p̄supponit ordinē sacerdotale. Quia
nullus potest episcopale potestatem recipere: nisi prius fu-
erit ordinatus in sacerdotem: quia potestas episcopalis
nō tantū est potestas iurisdictionis: sed etiam ordinis pro-
ut ordo isto modo dicitur. ¶ Nōne possunt alii sacerdo-
tes ab episcopis ordines cōferre. ¶ Collatio ordinū ali-
cui potest cōuenire dupliciter: aut de iure cōmuni ratio-
ne sue ordinarie potestatis: ⁊ sic soli episcopi possūt quos-
cūq̄ ordines conferre: quia ad eos solum ptinet institue-
re ministros in ecclesia. Unde peccant episcopi qui p̄-
mouent scienter indignos. Alio modo collatio ordinū
alicui cōuenit ex indulgentia generali vel speciali: rōne
cōmissionis dñi pape. ⁊ sic alii sacerdotes nō ep̄i possūt
minores ordines conferre: nō tamē maiores. ¶ Nūquid
nō baptisatus ⁊ nō cōfirmatus potest sacros ordines re-
cipere. ¶ De necessitate sacramentū ordinis p̄supponit
sacramentū baptisimi. unde si aliquis nō baptisatus p̄-
moueretur ad sacerdotiū: sacerdos nō esset. nec hostiam

posset cōsecrare nec absoluere in foro penitētia lī vnde deberet scōm canones baptisari ⁊ iterato ordinari. etiā si ante baptismū in episcopū promoueret epūs nō esset ⁊ si aliquos ordinaret ordines nō reciperēt. Quantū vō ad sacramentū cōfirmationis. scias q̄ de necessitate sacramentū ordinis nō p̄supponit sacramentū confirmationis. nec de necessitate oportet q̄ ille qui suscipit sacros ordines sit cōfirmatus. verūtamen de cōgruitate sacramentū ordinis p̄supponit sacramentū confirmationis: quia congruū est q̄ ille qui accedit ad sacros ordines suscipiēdos: habeat omnē illā perfectionē que requirit̄ ad fidei confirmationē: per quā fit aliquis idoneus ad executionē ordinis. hoc aut̄ fit per sacramentū cōfirmationis. Et sic character sacramēti ordinis p̄supponit de congruitate characterē sacramenti cōfirmationis ⁊ nō de necessitate. Sed de necessitate p̄supponit characterem sacramenti baptismi.

Que impediūt susceptionē ordinū.

La. vii.

Etrus. Quot sūt que impediūt susceptionē ordinū **l2**
Quedā sunt que simpliciter impediūt susceptionē ordinū. ⁊ quedā solū impediunt executionē: ⁊ non ordinis susceptionē. Prīmū qđ impedit susceptionē ordinis simpliciter est sexus femineus simpliciter quia mulier ordines suscipere non pōt. sed solus vir cuius sit primū ymago dei. mulier autē ymago viri. vt di. apo. i. ad cho. iiii. ca. Undē ⁊ licet mulier vocet̄ diaconissa in abbatiā hoc nō ē rōne ordinis: s3 quia habet officiū ad matutias omelias legēdi. Sūt aut̄ plura q̄ nō impediūt susceptionē ordinis: sed magis executionē. Quorū **l**
 primū est defectus cognitionis vel discretionis vt sunt pueri ⁊ amētes q̄ vsu rōnis carēt. Undē licet possint ordinē suscipere: priuanē tamē executionē. Quia ad executionē ordinis requirit̄ discretio. Undē in quibusdā ordinibus requirit̄ etas discretiois ex honestate cōgrua. sicut ī duobus primis minorib3 ordinib3. S3 adulta etas requirit̄ tur ī aliis de necessitate p̄cepti. in nullo tñ de necessitate

b3

De Sacramento

sacramenti quia in sacramento conferre potestas que potest alteri competere quous non sit idoneus executioni. Unde sciendum est quod cum infantia completa usque ad duodecim annos possunt duo primi ordines minores suscipi. A duodecimo anno usque ad vicesimum primum possunt duo minores ordines ultimi suscipi. A vicesimo primo anno potest subdiaconatus suscipi. A vicesimo quinto diaconatus. A tricesimo presbiteratus. A tricesimo completo similiter potest quis in episcopum eligi verumtamen propter necessitatem et idoneitatem persone potest episcopus ordines ex dispensatione anticipare. Etiam eadem die quatuor primi ordines traduntur. Tempus vero episcopatus non potest nisi ex dispensatione domini pape anticipari. Secundo seruitus impedit ordinem sacrum siue sacerdotis quantum ad executionem. quia seruus non potest se altari mancipari sine licentia domini cuius est seruus. et per ordinem homo mancipatur diuino officio. Verumtamen si seruus ordinem characterem recipit et ordinem. Cum libertas non sit de essentia ordinis sed executione caret. unde si seruus ordinem domino nesciente vel non consentiente redigetur in pristinam seruitutem non obstante quod sacrum ordinem recepit. Tercio homicidium impedit sacrum ordinem non de necessitate sacramenti: sed de ratione precepti: quia contrariatur sacramento eucharistie propter horrorem effusionis sanguinis. Unde homicida et consulens homicidium fieri: quocumque modo fiat siue ut iudeus vel alius: irregularis efficitur: licet in iudicando non peccet. Veruntamen si homicida vel consentiens homicidio suscepit ordinem ut post characterem suscipit: sed executione caret. Si vero quis interficit hominem casualiter: dans operam rei licite et adhibens diligentiam omnem: nec homicida iudicatur nec irregularis efficitur: nec prohibetur a susceptione ordinis. Ille tamen qui casualiter occidit hominem: licet operam dederit rei licite: si diligentiam debitam non adhibuerit: siue se defendens siue alio modo: irregularis efficitur et prohibetur a susceptione ordinum. Quarto impedit susceptionem ordinum illegitimitas: non de ratione sacramenti: sed de necessitate precepti. ad quam requiritur claritas fame et ori-

ginis: que vicia ex viciosa origine. Veruntamen si suscipiat
 ordines illegitime natus characterem ordinis suscipit: sed
 executione caret nisi fuerit cum eo dispensatum. Quia vero ut
 dictum est in sacramento ordinis propter honestatem requiritur cla-
 ritas fame: et in quolibet ordine constituitur quis dux aliorum in
 rebus divinis. Ideo de ratione precepti non de necessitate
 sacramenti requiritur in ordinato bonitas vel vite scititas.
 Unde si aliquis cum conscientia peccati mortalis ad ordines acce-
 dat: tamquam presumptuosus mortaliter peccat. Nec propter hoc re-
 quitur quod ille qui ordinatur sit virgo: quia virginitas non requiritur in
 susceptione ordinis: quia in susceptione ordinis non consecratur
 quis in sponsum ecclesie. sed magis in ministrum sponsi ecclesie. scilicet christi.
 In velatione tamen virginum requiritur virginitas: quia pro
 hoc designatur vinculum spiritualis matrimonii ecclesie ad christum.
 quia christus elegit sibi ecclesiam non habentem maculam:
 aut rugam. etc. ut dicit apostolus ad ephesios. vi. ca. Item. ii. ad corinthios.
 vi. Respondi enim vos uni viro virginem castam exhibere christo.
 Unde et licet aliqua sit violata et corrupta per violentiam
 a viro. quibus non consenserit tamen non velatur. quibus non
 perdat quantum ad deum virginitatis gloriam. De hac autem
 materia in scripturis require: quia ad te non pertinet hec
 operatio. sed solis episcopis. **P** Quinto impedit ordinis
 susceptionem matrimonium. non de necessitate sacramenti:
 sed ut prius de ratione precepti. quia si vir etiam cum mu-
 liere matrimonio copulatus ordinem suscipiat caracte-
 rem suscipit. sed caret ordinis executione. quia ordini est
 annera continentia: vir autem sui corporis potestatem non
 habet: sed mulier. ideo semper tenetur reddere debitum
 viro. ipse tamen privatur iure suo petendi. si preter con-
 sensum uxoris ordinem sacrum suscipiat. Si vero vir
 ex consensu mulieris ad ordines accedat et ordinem sus-
 cipiat et executionem ordinis. Mulier tamen tenetur
 perpetuam continentiam vouere. et hoc tenetur in eccle-
 sia occidentali. Secus est tamen in ecclesia orientali a-
 pud grecos. de quo plenius dicetur inferius cum de ma-
 trimonio tractabitur. Capitulo vicesimo septimo.

Q Sexto bigamia impedit ordinis susceptionē: quia per bigamiam significatio christi et ecclesie que est una et unius deletur. Ideo bigamus sacros ordines non potest suscipere: sed est irregularis. Et hoc similiter est de ratione precepti et non de necessitate sacramenti: quia si accedat ad ordines characterem suscipit: sed executione caret. Papa tamen ex plenitudine potestatis potest cum bigamo dispensare.

P Quomodo contrahitur bigamia et quot modis.

S Bigamia contrahitur ex carnis diuisione: ex vinculo matrimonii precedentis: sicut cum quis ducit corruptam ab alio et eam cognoscit. Et inde est quod si aliquis cognoscat plures mulieres fornicatio concubitu: siue in matrimonio siue extra matrimonium non efficitur irregularis. Similiter si ducat in uxorem quam prius cognouerat: dum tamen ab alio non cognita fuerit: non efficitur irregularis. Similiter si cognita fuerit ab alio et eam cognoscat concubitu fornicario: dum eam in uxorem non duxerit non efficitur irregularis. si tamen corruptam duxerit et eam cognouerit: bigamus efficitur et irregularis. Et contrahitur bigamia sex modis. Uno modo quando habet plures uxores legitimas et carnaliter eas cognouerit. si tamen eas duxerit in uxores in diuersis partibus et una decedat antequam cognouerit eam: non propter hoc efficitur irregularis. Similiter si religionem ingrediat antequam secundam cognouerit. Secundus est quando diuersis temporibus habet plures uxores unam de iure: aliam de facto: et ambas cognoscit carnaliter. Tertius quando etiam simul habet plures uxores: unam de iure et aliam de facto: et ambas cognoscit. Quartus quando viduam cognitam a priori viro duxit iterum et cognoscit. Quintus quando ducit in uxorem corruptam ab alio prius et eam cognoscit. Sextus quando propriam uxorem cognoscit postquam adulterata fuerit cum alio. Septimo viciu membrum et defectus impedit susceptionem ordinis ut prius: non ex necessitate sacramenti sed ratione precepti. etiam si talis defectus sit qui maculam notabilem inferat. per quam persone claritas et fama obscuretur: ut abscisio manus nasi et huiusmodi. hoc tamen scias: quia si accedat characterem reci-

pit sed executione caret. Octauo recipe ordines furtiue **T**
 vel plures in vna die: p̄tinet ab executione licet recipiat
 ordinē. vnde eoz pena ē depositio. ⁊ si prius fuerit lata
 excoicatio sup hoc: solus papa cū eo dispensat. Si vero
 nō fuerit lata sententia p̄t ep̄s dispensare: et maxime
 in minoribz ordinibz. vel si claustrū intrauerit. Si vero
 quis promoueat per saltū ad ordines: sicut accipiēdo
 sacerdotiū anteq̄ sit diaconus. vel diaconatū anteq̄ sit
 subdiaconus. si hoc ex malicia fecerit deponi debz: q̄uis
 caracterē suscepit. Si tamē ignorāter hoc fecerit debz
 sibi imponi penitētia ab ep̄scopo: ⁊ interim caret execu-
 tione ordinis quē per saltū accepit quousq̄ ordinē p̄e-
 termissū recipiat. Nono. illi qui ab hereticis ep̄s p̄mo-
 uētur aut simoniacis ⁊ hmōi: q̄uis recipiāt ordines: nō **U**
 tamē executionē ordinis. Undē ep̄i. scismatici. heretici. de-
 gradati ⁊ hmōi. licet ab ecclesia p̄scisi sint: quia tamē
 sc̄dm formā ecclesie catholice cōsecrati sunt vera sacra-
 menta cōferunt: quia in consecratione ep̄scopi datur ei
 potestas que p̄petuo manet in eo: q̄uis nō imprimatur
 caracter qd̄ pater: quia quādo recōciliatur ab ecclia: nō
 iterū consecrat. Et ideo potestatē cōferendi nō amittūt:
 sed eos cōferre possunt. veruntamē grā que confertur i
 illis nō confert eis qui ab eis sacramēta recipiūt: nō p̄-
 pter inefficiā sacramentoz que conferūt. Sed p̄pter
 peccatū recipientiū scienter ab eis sacramēta post ecclie
 prohibitionē. et ideo executionē ordinū nō recipiūt: licet
 recipiāt sacramenta. In oībus igit̄ p̄cedentibz teneas
 q̄ si aliquis impeditus impedimentis p̄dictis: aut eoz al-
 tero ad ordines accedat. sacramētū recipit: s̄z nō ordīs
 executionē. excepto p̄mo impedimēto de sexu femineo
 quia nec mulier caracterē ordinis recipit nec executio-
 nem. Hec ad p̄sens de sacramēto ordinis tibi sufficiant
 Si amplius cupis scire ad canones ⁊ doctoz scripta re-
 curre **P** Dic michi vltorius nūquid peccat aliq̄s mor- **X**
 taliter semp ministrādo in ordine suscepto in pctō moz-
 tali **S** Sic cessante necessitate: quia cōtra legem diuinā

agit: que precipit q̄ illud qđ iustū est iuste exequat̄. Talis aut̄ pctōz iustū ordinē: iniuste exequit̄. ⁊ ideo peccat mortaliter verūtamen in casu necessitatis sicut licet laico in necessitate baptizare: sic licet etiā sacerdoti in necessitate sacramēta ministrare vel aliū ordiāto ordinē susceptū fortue exequi: cū p̄posito emēdatiōis. Et scias q̄ q̄diu minister peccator ab ecclesia sustinet̄ vel tolerat̄ subditus eius potest ab eo sacramēta suscipere: qm̄ ad hoc ē ei obligatus in tēpore necessitatis p̄pter necessitatē tamen sine necessitate nō debent ab eo sacramēta suscipere. nec eū ad ministrandū inducere. quia eū inducerēt ad peccādū

¶ Nūquid ordinatus tenetur dicere horas canonicas et officiū diuinū. **S** Etiā tenet̄: tamē scias q̄ ad horas canonicas et officiū diuinū vel diurnū aliquis duplici rōne tenet̄. Una ratio ē p̄pter ordinē susceptū: cui ē annexū diuinū officiū ad referendū deo grās: cū ordinatū ad suū officiū ordinavit. Scōda est ratio p̄pter beneficiū susceptū: q̄a qui de altari vivit: altari debet seruire. et q̄ ob pigritiā obmittit peccat.

De sacramento eucharistie.

Cap. viii.

¶ Etrus. quia sacramentū eucharistie sequit̄ sacrū ordinē. cū sacer ordo ad ipsū ordinē: de ip̄o mēdoceas **S** Pete **P** Quero qđ dicit̄ eucharistia: ex q̄bus sacramentū eucharistie conficiat̄ **S** Eucharistia d̄ bona grā. ab eu qđ est bonū et charos qđ est grā quasi bona grā. q̄a in eo totius grē plenitudo continet̄. scilz dei filius ī sacramēto altaris. Et sicut alia sacramēta ex materia ⁊ forma constituunt̄: sic ⁊ sacramentū eucharistie **P** Dic m̄ primitus que sit materia eucharistie **S** Panis ⁊ vinū. q̄a virtute verborū q̄ sūt forma hui⁹ sacramēti transubstātiat̄ panis ī corpus xp̄i et vinū ī sanguinē **P** De quo pane fit sacramentū. **S** De pane triticeo vel de pane frumētī solūmodo. eo q̄ xp̄s grano frumētī se cōparavit. Et idō de pane alius grani nō fit hoc sacramentū. scilz de pultra auena ordeo. ⁊ hmōi. Verūtamen si aliq̄tulū de hmōi granis misceat̄ cū frumēto

cū tñ species frumēti nō mutet nō ipedit quin ex illo pa-
ne possit sacramentū celebrari. Aliud tñ esset si tāta esset
mixtio illoꝝ granoꝝ aut alius cū frumēto q̄ specie fru-
mēti mutaret. q̄a sic ex illo pane non celebraret. **P Est D**
ne ille panis de quo celebratur azimus vel fermētatus

S Ex utroꝝ celebrat scdm̄ consuetudinē diuersarū ec-
clesiarū. Ecclia enī romana ex azumo conficit. q̄a ex tali
pane credit cōfecisse xp̄s. q̄a p̄ima die azimoz. Ecclia
vero oriētalīs. scilz grecoꝝ celebrat ex fermēto. ad dete-
stationē heresis nazareoz. qui euāgelia ⁊ legalia misce-
bant. Cōsuetudo nostra latinoꝝ rōnabilior ē. **P Qua- E**
re requirit vinū ad celebrandū hoc sacramentū **S Ad**
designandū effectū huius sacramēti q̄ est leticia spūalis
quia vinū letificat cor homis **P De quo vino conficit**

S Solūmodo de vino vitis. q̄a xp̄s hoc vino consecra-
uit. qd̄ patet cū dicit. amodo nō bibā de genimine vitis.
⁊c. Similiter xp̄s se viti cōparauit cū dicit. Ego sū vi-
tis. ⁊c. Unde ex alio vino nō celebrat nec efficit sacramē-
tū vt puta de vino malagranatoꝝ. pomoz. piroꝝ ⁊ hu-
iusmodi: q̄ nō dicunt p̄prie vinū: sed magis humores.
Similiter nec ex puro aceto: cum sit vinū corruptū. Ex
acetoso tamen aliq̄tulū: et nō totum corruptū: bene pos-
set cōfici. Similiter ex agresta vel veriuto nō cōfici: q̄a
licet sit in via vt fiat vinū: nondū tamē est vinū. Ex mu-
sto tamē in necessitate potest quia specie vini habet. pro-
hibet tamen ne ex musto puro statim exvua in calice ex-
presso celebret p̄pter eius impuritātē. Sic igitur mate-
ria huius sacramēti: est panis de frumēto. ⁊ vinū de vite

P Ad quid admisceat aqua cū vino cū ministrat. S f
Triplici de causa. P̄ima est ad memoriā passionis chri-
sti. quia cum sanguine aqua fluxit de latere christi. Se-
cunda est. quia per hoc designatur vnio populi ad ipsū
christum. quia per aquam populus christianus designa-
tur. Unde in apoc. Aquę multe. i. populi multi. Tercia
causa assignatur etiam propter institutionē sacramenti.
q̄a p̄babiliter creditur q̄ xp̄s hoc sacramentū instituit

in vino aqua mixto scdm moꝛē illi⁹ terre. vñ puerb. ix.
 Bibite vinū qđ miscui vobis: nec sufficit qđ ali⁹ qđ sacer
 dos vel diacon⁹ ex p̄cepto sacerdotis aqua cū vino i ca
 lice ponat: eo qđ sacerdos medius ē iter deū ⁊ pplm̄. Et
 ideo appositio aque i dolio vel i vase a clerico nō sufficit
 S propt̄ sacramenti significationē P Si aqua nō admī
 sceat cū vino nōne impedit̄ celebratio sacramēti S Nō.
 quia aque admixtio cū vino nō ē de essentia sacramēti:
 ⁊ sine illa pōt sacramētū cōfici: peccaret tñ qđ sciēter illā
 apponē dimittet̄ P Nūquid tm̄ de aqua q̄tū de vino ē
 ponendū S Non. s; in mīma q̄titate vt ⁊ statim absor
 beat̄ a vino. ⁊ cōuertat̄ i vinū P Quia per virtutē ver
 boꝝ que sūt forma huius sacramēti: trāsubstantiat̄ pa
 nis ⁊ vinū i corpus ⁊ sanguinē xp̄i. Ostēde m̄ qđ sūt ista
 verba que sūt forma eius S Istius sacramēti due sunt
 forme. vna sup panē ⁊ alia sup vinū. forma v̄o que ē su
 per panē qua trāsubstantiat̄ panis i corpus xp̄i ē hec
 Hoc est enī corpus meū. vñ illa verba. Accipite ⁊ mā
 ducate. ⁊c. nō sunt de essentia forme: sed solū illa verba
 p̄dicta. Et si sacerdos ea diceret super panē cū inten
 tione cōficiendī cōsecraret: q̄uis peccaret transgreden
 do ecclie constitutionē. forma vero super vinū: qua trā
 substantiat̄ in sanguinē hec est. Hic est enī calix sangui
 nis mei: noui ⁊ eterni testamēti mysteriū fidei qui pro vo
 bis ⁊ pro multis effundet̄ in remissionē pctōꝝ. Et scias
 qđ istoz verboꝝ solū illa sunt de essentia forme in q̄bus
 tota v̄tus sacramēti consistit. scilz illa. Hic est calix san
 guis mei. alia verba nō sūt per se de essentia sacramēti
 sed quedā eoz declarāt vsū sacramēti. sicut illa. Accipi
 te ⁊ mā. ⁊c. ⁊ quedā efficacīā sacramenti. sicut illa. Noui
 ⁊ eterni. Similit̄ hec dictio enī nō ē de essentia forme. s;
 de institutiōe ecclie. Unde si quis eā dimitteret cōficēt:
 nec sacramētū ip̄ediret sed peccaret. Nota etiā qđ calix
 ibi ponit̄ metaphozice ⁊ similitudinarie pro passione xp̄i
 Item scias qđ cum corpus humanū non sit sine sanguine
 nec sanguis sine corpore: ideo in cōsecratione primo fit

cōuersio in corpus et ex naturali cōcomitantia in aīam
 ⁊ sanguinē ⁊ hmōi que corpus sequūtur. Similiter etiā
 de sanguine primo fit cōuersio in sanguinē ⁊ ex natura-
 li cōcomitantia in corpus ⁊ alia que humanū sequūtur
 sanguinē. **P** Si sacerdos cōsecraret corpus ⁊ nō conse- **I**
 craret sanguinē: nūquid esset ibi verū corpus christi cō-
 secratum. **S** Verū corpus christi etiam ibi est sub illis
 speciebus virtute verborū que ad consecrationē corpo-
 ris pertinet licet nūq̄ sanguis consecraretur. Unde er-
 rauerunt quidam et in heresim lapsi sunt qui dixerunt
 q̄ vna forma expectat aliam: ⁊ qđ nō est ibi corpus do-
 nec post p̄olationē verborū sanguinis: hoc est enī idola-
 trare: quia sacerdos eleuando hostiā corpus christi non
 indicare populo: sed solū panem qđ est erroneū dicere ⁊
 heresis quia ibi est verū corpus christi. **P** Lū in sacra- **l**
 mēto sit verus corpus christi ⁊ verus sanguis quō ma-
 nēt illa accidentia que videmus et sentimus: sicut albe-
 do dulcedo magnū parū ⁊ huiusmodi. **S** Illa accidē-
 tia que vides ⁊ sentis virtute diuina: per se manent que
 prius erant in substātia panis ⁊ vini: ⁊ sine subiecto sūt
 Et post consecrationē eandē virtutem retinēt virtute di-
 uina quā prius habebant in subiecto. que frangūtur pu-
 trefiūt ⁊ corrumpūtur. Unde fractio illa quā facit sacer- **I**
 dos nō est in corpore christi: sed in accidētibus ⁊ specie-
 bus: ⁊ ex eis vermes possent generari. **P** Quid de ver-
 mibus casu inde gñatis est faciendū. **S** Lomburi debēt
 ⁊ cineres debent in piscinā reponi. Similiter alia aīa-
 lia mures ⁊ musce ibi capte sic sūt comburēde. Et illud
 quod sumi potest de hostia debz sacerdos sumere si pos-
 sit absq̄ periculo. Si vero nō possit: tūc sunt partes ho-
 stie cum omī reuerētia in sacrario seruande. Et eodem^o
 faciendū est de hostia masticata ab infirmo et per vomī-
 tum reiecta: quia q̄diu species manent manet sub ipsis
 corpus christi. Et ideo si possint sumi sine piculo sumē-
 de sūt: et in hoc sacerdos sumens multū meretur. Si vō
 sumi nō possint sine piculo: seruande sunt vt dictum est

Q sacerdos est solus minister huius sacramenti. Ca. ix.

m **P**etrus. De sacramento eucharistie scd̄z se satis in-
dixisti. Nūc de ministro ipsius et dispositione in di-
cas. **S**acerdos est minister huius sacramenti et ad
ipsum solum pertinet celebratio huius sacramenti. **P** Nūquid iei-
unus debet esse sacerdos cum celebrat et confessus. **S** Nec
ieiunium nec alia preparatio requiritur de necessitate ad cele-
brationem huius sacramenti: sed sola ordinis sacerdotalis
susceptio: quia et heretici et schismatici et degradati et excom-
municati et pransi et non confessi possent sacramentum conficere quod
uis peccaret mandatum ecclesie transgrediendo: propter tantam re-
uerentiam sacramenti ecclesia instituit ut sacerdotes ieiunium
ad celebrandum accederent: etiam contriti seu confessi. ne in eorum
damnationem assumerent sacramenta. **P** Nūquid sacerdos
post potationem aliquam aque vel susceptionem alicuius
medicine potest celebrare cum ab ecclesia reputetur ieiunius.
S Ut dictum est quantum est de necessitate sacramenti potest.
quantum tamen ad reuerentiam sacramenti et institutionem eccle-
sie non potest. Scias tamen duplex esse ieiunium. scilicet ieiunium
ecclesie. quod fieri licet propter mortificationem carnis. et illud
non soluitur propter sumptionem aque vel medicine. Et hoc
ieiunium non requiritur in celebrando. Aliud est ieiunium nature:
quod dicitur privationem cuiuscumque rei siue aquae siue medicine.
qua nichil in corpore suscipitur. et tale ieiunium requiritur in ce-
lebrando. et incipit hoc ieiunium in media nocte. quia tunc
dies naturalis incipit. Unde si sacerdos post mediam noctem
aliquid sumpserit siue aquam siue medicinam debet in sequenti
die a celebratione cessare et alius quilibet a comunione. nisi
si causa infirmitatis: quia ab hac regula excipiuntur infir-
mi. Si vero aliquid ante mediam noctem sacerdos aliquid sumpse-
rit. potest sequenti die celebrare et alius coionem recipere. Nec
refert si post illam sumptionem dormierit vel non. quia dor-
mitio solum est propter sedationem perturbationum mentis. nec
requiritur ad consecrationem. **P** Nūquid reliquie ciborum re-
manentes inter dentes in ore solvunt ieiunium nature et con-
secrationem impediunt. **S** Tales reliquie ciborum si casuali

ter et non ex proposito transglutiant non solvunt ieiunium nature. nec celebrationem aut summptionem eucharistie impediunt. Similiter aqua modica vel vinum quibus abluit non impedit. cum omnia talia solum per modum salivae transglutiant quod vitari non potest. Verumtamen in omnibus talibus bonum est abstinere si necessitas non occurrat propter sacramenti reverentiam. et precipue quando aliquid parum extraneum fuerit sumptum vel mixtum cum saliva non in quantitate maiori. Igitur scias quod ieiunium nature requiritur ad celebrationem et summptionem eucharistie ut scilicet nichil sumas nec transglutias quod vitari possit post mediam noctem. aliud a saliva. Nec adhuc valet illa dormitio quam dicunt aliqui: quod postquam dormierunt possunt celebrare: quia ieiunium non reputant ieiunium nature: sed potius ecclesie ieiunio. **Q** Si sacerdos ad celebrandum accedat non confessus nunquam peccat: sicut peccaret non ieiunus. **S** Sacerdos accedens ad celebrationem vel alius ad eucharistie summptionem cum conscientia peccati mortalis: mortaliter peccat et iudicium sibi manducat et bibit. non diiudicatus corpus domini. Ideo debet accedere ieiunus. contritus et confessus si copiam sacerdotis habeat. quam si habere non possit et eum cogat necessitas celebrare: conteras de peccatis et propositum habeat confitendi postmodum dum oportunitatem habuerit et copiam sacerdotis. **R** Si sacerdos se sciuerit in peccato et contritionem habuerit: et ex necessitate ad missam celebrandam accesserit: aut forte in missa peccatum ei prius oblitum occurrerit memorie et de illo non penituerit: nunquam potest celebrationem transire: aut saltim a coitione abstinere. **S** Non. quia sacerdos habet in se quod potest se preparare ad sacramentum conficiendum et sumendum si contritionem et propositum confitendi habeat. Unde licet cum conscientia peccati celebrando peccet mortaliter. gravius tamen peccaret si consecrationem pretermitteret: et se consecrare simularet: quia populum deciperet adorando panem pro corpore christi: et vinum pro sanguine. Ideo nullo modo debet consecrationem simulare. Similiter etiam post consecrationem nullo se debet a perceptioe sacramenti abstinere. Cuius ratio est. quia eucharistia non solum est sa

De Sacramento

cramentū: sed etiā sacrificiū. Quicūq; ergo offert sacrificiū: debet esse particeps sacrificii quod offert. Sacerdos vero quod offert accedēs ad altare: offert sacrificiū pro populo: et se dispensatorē ostēdit sacrificii. et ideo pater debet esse particeps huius sacrificii. Ideo necesse est ut quotienscūq; celebrat ut corpus et sanguinem sumat. Et hoc pceptū ē i decretis de psecratioe distinct. ii. Relatū.

Utrū pollutio nocturna ipediat celebrationē et quot modis prouenit. Cap. x.

S **D** **E**trus. Quia in sacramēto eucharistie ē sanctus sanctorū. Nūquid maculatus sacerdos de nocte per pollutionē seminis in dormiēdo debet a celebratione cessare: cū ipse dñs dicat. Sancti estote quia sanctus sum. **S** Quādoq; nocturna pollutio impedit celebrationē et sumptionē eucharistie ex necessitate: et quādoq; nō ex necessitate: sed ex pgruitate et honestate. propter qd scire debes qd nocturna pollutio ex plurib; causis pcedit. Primo ex causa extrinseca: sicut ex illusione demonū que qñq; puenit ex defectu et negligentia pparationis ad deuotionē et orationē: et talis negligentia qñq; est veniale qñq; mortale pctm: secundū qd maior est et locus datur diabolo: et pro tali defectu seu negligentia quā homo ex suo defectu scit processisse: tenet sacerdos a celebratione et aliis a cōione cessare. Quādoq; autē talis illusio puenit ex demonū nequitia volentiū homines a sumptione eucharistie retrahere: et sacerdotes a celebratione et hoc maxime ptingit circa festiuitates in quibus debet populus pcommunicare: et ppter hoc nō est abstinendū: quia talis illusio quādoq; cessat per sumptionē eucharistie: sicut legitur in vitis patrū de quodā qui temp illudebatur et per psiliū senioꝝ accessit et sic cessauit illusio. Quādoq; talis illusio vel pollutio procedit ex causa intrinseca spūali que quādoq; sine pctō fit: sicut cum aliquis studendo contra vicia carnalia ppter lectionē vel predicationē ad ea reprobanda: vel etiam pfectiones audiendo et hoc sine delectatione carnali: sed sola infirmi

tate carnis: talis pollutio non impedit celebrationē: nec etiā eucharistie sumptionē. Quādoq; etiā prouenit ex causa intrinseca et cū peccato: scilic; quādo prouenit ex cogitatione p̄cedenti ⁊ delectatione carnali: que quādoq; est peccatū mortale: quādo scil; cōsensus habetur in hoc: ⁊ tūc de necessitate est abstinendū. Quādoq; etiā est peccatū veniale. scil; quādo nō habetur cōsensus: et tūc nō est abstinendū de necessitate: sed de cōgruitate et honestate. Quādoq; etiā talis pollutio prouenit ex nimia supfluitate et sumptione cibi aut potus: et quādoq; est mortale peccatū ⁊ quādoq; veniale secundū speciē peccati. ⁊ sic abstinendū est vt dictū est. Quādoq; autē talis pollutio venit ex debilitate nature. sicut etiā patiūtur vigilātes. Similiter etiā ex supfluitate. quia sicut quis patitur fluxū sanguinis sic ⁊ seminis. Et quia hoc nō prouenit ex volūtate. sed potius ex corruptione nature. nō est abstinendū a celebratione nec a sacramenti susceptiōe. In omnibus igitur modis pollutionū supra dictis q̄ ex mortali peccato procedūt. debet sacerdos abstinere a celebratione ⁊ alius a coīone dicta die. Et etiā tot diebz quousq; mens a vagatione cessauerit. In his vero que ex pctō veniali procedūt abstinendū est. nō ex necessitate. sed ex cōgruitate ⁊ honestate. Et hec omnia intelligūtur quādo sacerdos non tenetur ad officandū. quasi de necessitate oporteat sacerdotē pro populo celebrare: debet confiteri si possit. et si nō possit p̄pter absentia sacerdotis cōteratur cū proposito cōfitendi et mutatis indumētis imundis: mūda induat. et sic ad celebrandū accedat. quia si dimitteret celebrationē gentes scandalizaret turpiter. Et sic scādālū est euitandū inq̄tum quisq; potest. quia crederent peius q̄ esset. **P** Nūquid sacerdos absq; indumētis sacerdotalibz potest celebrare **S** Quantū ad virtutē sacramenti potest sacerdos absq; indumētis sacerdotalibz celebrare. quia solū ad cōfitendū hoc sacramētum requirit character ordinis sacerdotalis ⁊ non aliud sed q̄tum ad institutionē ecclesie p̄pter honestatē et re-

uerentiā sacramenti vestes requiruntur. Et si sacerdos absq̄ illis celebraret vel conficeret: mortaliter peccaret mandatū ecclesie transgrediēdo. ⁊ absolutionē ad prelaturam superiorem vtpote episcopū deberet postulare **P** Nūquid potest sacerdos in die plures missas celebrare. **S** Potest de virtute ordinis. sed rōne p̄cepti sufficit ei semel in die celebrare. In necessitate tamen permittit̄ sacerdoti ab ecclia in die duas missas celebrare. sicut vnam pro tēpore et aliā pro defūctis vel pro nuptiis seu etiā alii sacerdoti in necessitate succurrēdo: pro p̄cio tamen nullomō licet bis in die missam celebrare vel etiā pro offertorio reportādo quia hoc esset dānabile. Scias tamen q̄ plures missas q̄ duas nūq̄ p̄missum est sacerdoti vna die pro quacūq̄ necessitate celebrare. p̄ter q̄ in die natalis dñi. In qua die potest sacerdos qui adiutoriū non habet p̄pter officiū diei pro populo tres missas celebrare videlicet illius diei **P** Cū sacerdos ieiun⁹ debeat celebrare vt dictū est. Nūquid post sanguinis p̄ceptionē et abluionē in calice factam de vino p̄cipere ⁊ ieiunus reputari: nec p̄pter hoc ad celebrandū missā secundam impediri **S** Nichil omīno post p̄ceptionē sanguinis sacerdos sumet in prima missa. dū postea aliā voluerit celebrare. sed q̄tuz poterit sanguinē ebibat. ⁊ cū lingua ⁊ labiis tergat calicē: et post aquā effundat ī calice. ⁊ abluto eo aquā in piscinam infundat. et sic terfo calice celebrare poterit in eodē. vel alio modo faciat vt alii dicunt propter sacramēti reuerentiā sumpto sanguine vinū imponat in calice vt illū abluat et abluionē in alio calice ponat: vel in vase mūdissimo. ⁊ reseruet illud vsq̄ ad abluionē secūde misse. ⁊ de illo faciat abluionē in secūda post sumptionē sanguinis ⁊ illud sumat. Caueat tñ sacerdos ne abluionē vini in calice factā siue alius liquoris post p̄ceptionē sanguinis. aut quodcūq̄ aliud sumat dū voluerit missam aliā celebrare. q̄a sic ieiunus nō esset nec celebrare deberet. Et si sic celebraret peccaret. ⁊ pro indulgentia episcopū adire deberet **P** Quia multa pe

ricula in missa possunt occurrere tam circa sacerdotem
 q̄ circa sacramentū. quom̄ sit agendū michi dicas. **S.**
 Etiam multi defectus possunt occurrere tam circa sacer
 dotē q̄ circa species. Circa vero sacerdotē occurrere po
 test defectus. quia forte potest sacerdos mori i missa quā
 doq̄ ante consecrationē q̄q̄ post. Si ante cōsecrationē
 cōtigerit eū mori vel graui infirmitate detineri nō opor
 tet q̄ per aliū sacerdotē suppleatur defectus. Si v̄o post
 consecrationē inceptā vel iam perfectā moriat̄ debz per
 aliū sacerdotē suppleri sc̄dm consiliū toletanū. vt d̄z in
 decretis. ii. q. i. Nichil cōtra ordines. Vel vt dicit inocen
 tius tercius. Melius est hostiā consecratā reseruare: q̄ su
 per aliā hostiā missam a capite inchoare per aliū sacer
 dotē. Si vero nescit̄ vbi infirmus vel moriens sacerdos
 desierit. debet missa per aliū a capite inchoari. Si vero
 cōtigerit q̄ sacerdos post consecrationē recordet̄ se co
 medisse vel bibisse nō debet p̄termittre sacramentū: sed
 eucharistiā debet sumere et missam p̄ficere. Et similiter
 si recordatus fuerit se in excoicatione subiacere cū p̄po
 sito tamē absolutionē petendi debet missam p̄ficere. Et
 etiā si recordatus fuerit se peccatū mortale cōmisisse cū
 proposito emēdandi debet eucharistiā sumere et missā
 p̄ficere. et nullom̄ debet sacramentū imperfectū relin
 quere. vt d̄z in p̄dicto decreto. Nichil. Quia vbi occurrit
 difficultas semper accipiendū est illud in quo minus ē
 de periculo. Maius autem periculū est relinquere illud
 quod p̄tinet ad perfectionē sacramenti q̄ illud quod p̄
 tinet ad dispositionē ministri siue sacerdotis sumentis.
 ideo nullom̄ debet se sacerdos priuare a sumptiōe sa
 cramenti: q̄ imperfectū illud relinquere. Unde dicit̄ i illo
 decreto. Nichil. Nullus absq̄ patentī prouentu molestie
 minister vel sacerdos cum ceperit imperfecta officia p̄
 sumat om̄ino relinquere. Si autē aliquis hoc attētare te
 merarie presūpserit excoicationis sententiā sustinebit.

P. De periculis que circa species sacramenti cadunt.
 Quid agendum sit dicito. **S.** Circa specierum pericula

De Sacramento

Nota q̄ si aranea vel venenū ante consecrationē in calice fuerit illud deponat ⁊ terfo calice vinū et aquā resumat. Si vero post consecrationē acciderit debet animal aut musca que in calice ceciderit caute capi ⁊ diligenter lauari ⁊ postea comburi. et ablutio cū cineribus in piscinam poni. Si vero post consecrationē sacerdos nouerit venenū esse in calice debet totū illud in vasculo reponi: et cū reliquiis seruari. Et ne sacramentū remaneat imperfectū: debet sacerdos aliud vinū cū aqua in calicem apponere. et iterū consecrationē resumere ⁊ sacrificium p̄ficere. Si autē ante consecrationē sanguis ⁊ post cōsecrationē corpus vinū aut aquā non esse in calice sacerdos inuenit siue cognouerit debz apponere illud quod deficit ⁊ postea cōsecrare. Si aut post consecrationē sanguinis aduertat aquā deficere nec cū vino prius mixtā fuisse. Non debet vltorius aquā apponē. cū aqua non sit de necessitate sacramēti vt dictum est. sed debet sacramētum sic sumere ⁊ totū perficere. Sed de negligētia debz postea cōfiteri pro eo q̄ aquā dimisit. Si vero sacerdos p̄cipiat post verba cōsecrationis sanguinis christi ⁊ ante sumptionē corporis xp̄i solā aquā in calice fuisse positā ⁊ nō vinū: debet aquā deponere in piscinā vt dictū est. ⁊ vinū cum aqua reponere ⁊ verba cōsecrationis sanguinis resumere ⁊ sanguinē cōsecrare: ⁊ sic missam perficē. Si autē hoc aduertat post sumptionē corporis xp̄i: debz aliā hostiā nō consecratā ⁊ vinū cum aqua accipe et simul corpus et sanguinē cōsecrare. ⁊ nō solum vinū sed totū simul. vt obseruet debitus modus ⁊ ordo cōsecrandi ⁊ eoz que ad celebrationē cōcurrunt scilz verba que dicēda sunt nō solum sup sanguinē: sed etiā supra corp⁹ xp̄i. Sicut illō qd̄ dicit. Ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctū filiū tuī corpus ⁊ sanguinē sumpsimus. ⁊c. Et debet sacerdos iterū hostiam cōsecratā ⁊ sanguinē xp̄i sumere. Nō obstante q̄ prius aquā sūperit quā credebat esse sanguinē cū hostia prius cōsecrata. Quia p̄ceptū datū q̄ p̄ficiatur sacramentū cucha

ristie maioris est obligationis q̄ preceptū datū q̄ a ieiu-
 niis homibus sumat. Imperfectū autē sacramentū nul-
 lomo^o licet p̄terire vt dictū est. **P** Quid faciendū est si
 aliquid de sanguine stillauerit **S** Quid agendū sit iu-
 ra dicūt z penā que infligūt. Unde ex decreto. Pii pape.
 de conse. di. ii. dicit. Si per negligentia aliquid de sāgu-
 ne stillauerit super tabulā: lingua labat tabula: z postea
 radatur. Si vero sup terrā vt nō cōculcetur: locus rada-
 tur z igne consumat: et cinis iuxta altare abscondat: et
 sacerdos quadraginta diebus peniteat. Si sup altare ce-
 ciderit calix minister stillā absorbeat et tribus diebz pe-
 niteat. Si sup lintheū altaris z ad scōm lintheū stilla p-
 uenerit: quatuor diebz. si vsqz ad terciū nouē diebus pe-
 niteat. si vsqz ad quartū: viginti diebz peniteat et linthe-
 amina que tetigerit stilla tribus vicibz minister abluat
 calice supposito: z aqua ablutionis sumat vel iuxta al-
 tare recondat. Ex hoc colligit q̄ nō oportet lintheamina
 scindi super que sanguis stillauerit. sicut quidā faciunt:
 sed sufficit ablutio predicta. Penitētia tamē licet a iure
 instituat. minuit scōm conditionē persone. tēporis z ne-
 gotii. Et eadē pena videtur sacerdos dignus esse. per cu-
 ius negligentia hostie cōsecrate putrefiūt vel periclitan-
 tur. que putrefactio fit in accidētibus z nō ī corpore xp̄i
 vt dictū est. De his autē qui euomūt sacramentū: sequit̄
 ex penitentiali bede q̄ si quis per ebrietatē vel voracita-
 tem eucharistiā euomerit. quadraginta diebz peniteat.
 Clerici vel monachi vel diaconi seu p̄sbyteri. sexaginta
 diebz peniteāt. Episcopi nonaginta. Si pro infirmitatis
 causa euomerit: septē diebus peniteat. z infirmus. Ex cō-
 cilio aurelianē. Qui bene nō custodierit sacrificium: et
 mus vel aliquod aliud aīal id comederit: quadraginta
 dies peniteat. Qui autē perdidit illud in ecclesia. aut
 si pars eius ceciderit z nō iuenta fuerit: triginta diebus
 peniteat. Si tamē animalia z vermes in ipso sacrificio
 iuenti fuerint comburant: z cineres ī piscinā reponant.
 et quod sanū est sumat sacerdos. Penitētia vero p̄dicta

De Sacramento

que a iure constituit: augmentari potest vel minui consideratis conditionibus negotii et persone. Et dicit illa penitentia esse in ieiuniis. **P** De qua materia debet esse calix et similiter corporale. **S** Calix debet esse de auro aut argento: similiter vel de stano. de erevero aut auricalco propter rubiginem que promouet ad vomitum esse non debet. Similiter nec de vitro propter fragilitatem. nec etiam de ligno propter eius porositatem. nec de lapide propter ruditatem. Corporale autem de lino et puro lintheo debet esse. non de serico propter representationem sudarii christi quod fuit de sindone linthea munda. Ecce igitur petre de sacramento eucharistie tibi dixi.

Quibus ministranda est eucharistia. Cap. xi.

D Etrus. Satis de eius celebratione michi dixisti. **N**unc vero quibus ministrandum sit et quomodo michi dicas. **S** Queris quibus ministrandum sit planum est quod fidelibus scilicet corpus christi et non sanguis propter effusionis periculum. Sed quibus debeat dari fidelibus tibi dico quod vere penitentibus et confessis secundum apparentiam quam deus solus est cordium scrutator. Unde nemini posses denegare eucharistiam pro tempore et loco quem confessum audisti: aut probabiliter ab aliis fide dignis didicisti. Quomodo autem ministrat plebi. Scias enim quod sine sanguine propter periculum effusionis. **P** Si solum fidelibus et iustis ergo non peccatoribus est ministranda eucharistia. **S** Verum est peccatoribus manifestis et per iudicium ecclesiasticum conuictis sicut sunt usurarii manifesti: raptores: histrioēs. et homines. etiam ipsis petentibus non est danda eucharistia. **P** Si aliquis peccator occultus impenitens ad me in die pasche veniat. et sacramentum petierit cum aliis. Numquid ei denegabo cum nouerim eius conscientiam esse malam. **S** Si in secreto petierit et occultus sit peccator debes eum monere ne contra iudicium anime sue sacramentum assumat. Quod si desistere noluerit cum christianis sit et illud quod suum est petit non potes ei prohibere. Et hec dicit augustinus in glo. super illud prima ad corinthios. v. Si is qui inter vos nominatur fornicator

cator. zc. Nos a cōmunionē quēq̄ prohibere non possu-
 mus. Nisi aut sponte cōfessum aut in iudicio eccliaſtico
 vel ſeculari de crimine conuictū. Si vero in publico pe-
 tierit ⁊ eius cōſcientiā ſcias malā negare ei non potes
 aliquo modo ne ſue cōfeſſionis proditor videaris. debz
 eni ſemp ſacerdos in publico omēs monere ne quis ad
 ſacramenti cōmunionē accedat anteq̄ de peccato peni-
 teat. et cōtritus fuerit ⁊ cōfeſſus. Si poſtmodū accedat
 peccator occultus: et ī publico petat vt ſibi miniſtret. ſa-
 cerdos debet ei dare. Melius eſt enim ſacerdoti vt aſſu-
 mens peccet mortaliter q̄ ei denegādo eucharistiā ſuaz
 cōſcientiā prodere videat. **P** Et ſi quis petit ſecrete vt
 ī publico ſibi panis loco eucharistie miniſtreſ. **S** Nūquid
 hoc facere poterit ſacerdos ſine culpa. **S** Non ſic done
 tur: ſed caueas ne cuiq̄ hoſtiam nō cōſecratā loco ho-
 ſtie cōſecrate miniſtres publice vel priuatim. Ne ydola-
 trare facias ſumentē. ⁊ etiam circūſtantes adorātes pa-
 nem pro hoſtia cōſecrata. Caueas etiam ne fauore vel
 timore corpus chriſti ad examinationē cuiq̄ tribuas. q̄a
 hoc eſſet tentare deum. **P** De hora qua miſſe celebrari
 debent michi dicas. Et quid tenetur ſacerdos dicere an-
 teq̄ miſſam celebret. **S** Diebz dñicis hora tertia debet
 miſſa celebrari regulariter: quia tali hora xpūs a liguis
 iudeoz eſt crucifixus. In feriis ſexta hora. quia tūc ma-
 nibus militum eſt crucifixus. In temporibus vero ieiū-
 nioz hora nona. quia tunc voce magna emiſit ſpiritum
 Miſſe vero priuate. in auroza poſſunt dici quando ra-
 diū videntur ſplendere. Nūq̄ vero celebratur miſſa ī no-
 cte: niſi in die natalis domini: et in vigilia paſche: quia
 de nocte dicitur chriſtus naſci et ſurrexiſſe. Et quia ſa-
 cerdos tenetur ad ſeruitiū diuinum debet prius q̄ cele-
 bret dicere illud ſeruitiū quod pertinet ad preparatio-
 nem animi: et temporis ordinationem. Quia ⁊ matuti-
 ne pertinent ad tempus crepuſculi diei. prima vero ad
 iniciū diei quādo ſol emittit radios ſuos ſup terrā ſcilz
 aurozā in qua miſſe priuate poſſunt celebrari. Ideo ma-
 c 4

3 rutinas et primam debet sacerdos dicere anteq̄ ad cele-
 brandū accedat **P** De his que dicuntur in celebrazione
 missę postremo michi dicas **S** Sicut dicitur in decret.
 de p̄seca. di. i. Jacobus frater dñi sc̄dm carnē ⁊ basilius
 cesariē. ep̄s ediderunt missę celebrazionē. Sed sacra-
 mentū eucharistie xp̄s instituit vt dictum est: quia i h̄
 sacramento totū misterū nostre salutis comprehendit.
 Ideo p̄re ceteris sacramētis agitur cū maiori solēnitate
 ac reuerentia. Et quia scriptū est eccl̄iastici. iiii. Custodi
 pedem tuū ingrediēs domū domini. Et eccl̄iastici. xxiii.
 Ante orationē p̄para aiam tuam. Ideo ante celebrazio-
 nem huius misterū debet p̄mitti p̄paratio ad bene di-
 gne agendum que sequuntur. Cuius p̄parationis prima
 pars est laus diuina que fit in introitu missę. Sc̄dm illō
 psal. Sacrificiū laudis honorificabit me. ⁊c. Et sumitur
 vt pluries introitus missę de p̄s. vel. q. p̄s. Quia vt dicit
 dionisius. iiii. ca. eccl̄iastice gerarchie. p̄i. cōprehendūt p̄
 modū laudis quicq̄d in tota scriptura continet. Secūda
 pars p̄parationis ad hoc sacramentū cōtinet cōmemo-
 rationē p̄sentis miserie dū misericordia petitur dicendo
 kyrieleyson ter pro p̄sona patris. Chuzel. ter pro perso-
 na filii. ⁊ ter kyriel. pro p̄sona sp̄s sancti. Ter subdit cō-
 tra triplicē miseriā scilz ignorantia culpā ⁊ penā damni
 Uel ad designandū q̄ om̄s p̄sone sunt eedem in se inui-
 cem. Tercia pars p̄parationis ad celebrandū sacramen-
 tum istud cōmemorat celestem gl̄iam ad quā tendimus
 post p̄sentē miseriā dicendo. Gloria in excelsis deo. ⁊c.
 Intermittit tamē in officiis luctuosis que solū pertinet
 ad cōmemorationē miserie. Quarta pars p̄parationis
 supradicte continet orationē quā sacerdos facit pro po-
 pulo vt fideles christi tantis digni sint misteris. Et sic
 p̄dicta quatuor ad p̄parationē celebrazionis p̄tinent.
 Sequitur deinde ad celebrazionē instructio populi fide-
 lis ad fidem que fit per doctrinam propheticam aposto-
 licam ⁊ euangelicam. Et ideo p̄termittuntur lectiones
 prophetarū et apostolorū ad disponendū populū ad fi-

dem. Et quia exultatio spūalis ⁊ gemitus cōsequi debēt in populo ex doctrina pphetarū ⁊ apostolorū. ideo post dictas lectiōes cantat a chozo graduale: qđ significat pfectionē spūalis vite. Et alleluja qđ significat spūalem exultationē et leticiā. Sed tractus i officiis luctuosis cātatur ad designandū spūalem gemitū. deinde legit euāgelii: ad instruendū pfecte populū in doctrina xpi q̄ in euangelio continet: quo lecto cantatur cymbolū fidei in quo ostendit se populus assentire per fidē doctrine christi. Qđ cymbolū cantat in festis sanctorū qui christi fidē fundauerūt ⁊ de quibus fit mentio i cymbolo: sicut bte virginis ⁊ apostolorū ⁊ aliorū sanctorū qui fidei articlōs cōtinent. Deinde populo pparato ⁊ instructo acceditur ad celebrationē sacramenti quod quidē offertur consecratur ⁊ sumitur vt sacrificiū. Circa quod tria fiunt. q̄a p̄mo agitur oblatio. scđo oblate materie consecratio. tercio eiusdē perceptio. Circa vero oblationē duo aguntur. scilz laus populi in cantu offertorii: et oratio sacerdotis petentis: vt laus ⁊ oblatio sit deo accepta. Consequēter sequitur cōsecratio que virtute dei agitur. ⁊ p̄mo populus excitat ad deuotionē in pfatione quā dicit sacerdos: quia tūc mouetur pplūs vt cor habeat sursuz ad dñm. et ideo finita pfatione: pplūs ex deuotione cōcepta laudat christi diuinitatē cū angelis dicens. Sctūs sctūs sctūs. ⁊ laudat humanitatē eius cū pueris hebreorū dicendo. Bñdictus qui venit. ⁊c. Deinde sacerdos secreto cōmemorat illos pro quibz sacrificiū offertur. Et p̄mo pro vniuersali ecclesia. et deinde pro illis q̄ sunt in sublimitate constituti scđm conciliū apli. i. ad thimo. .ii. Obsecro p̄mo oīm fieri obsecrationes. ⁊c. specialiter cōmemorat quosdā qui offerunt: vel pro quibz offertur hoc sacrificium cum dicit. memento dñe. ⁊c. Secundo cōmemorat sanctos: quoz patrocinia implozat pro predictis cum dicit. cōmunicātes. ⁊c. Tercio cōcludit petitionem vt hec oblatio sit salutaris illis pro quibz offertur cum dicit. hanc igitur oblationem. ⁊c. Cōsequēter

De Sacramento

accedit sacerdos ad cōsecrationē eucharistie. In qua primo petit effectū consecrationis ibi cū dicit. quā oblationē tu deus. .zc. vel hoc dicendo petit vt cōsecratio sit nobis fructuosa. ideo signāter dicit: vt in nobis corpus et sanguis. .zc. Et hec significant verba que sacerdos p̄mittit dicens. Hanc facere digneris oblationē benedictam secundū august. id est per quā benedicimur. Ascriptam. i. per quā in celo ascribamur. Ratam. per quā visceribus christi censeamur. Rationabilem. per quā a bestiali officio sensu exuamur. Acceptabile. id est vt qui nobis ipsis displicemus. Per hanc acceptabiles eius filio simus. Secūdo peragit sacerdos consecrationē per verba saluatoris nostri iesu christi cum dicit. Qui pridie. Tercio excusat se sacerdos a sumptione per obedientiā ad mandatū christi cū dicat. Unde ⁊ memores. Quarto petit vt sacrificiū peractū sit deo acceptum cum dicit. Sup̄ra q̄ propicio. .zc. Et hec ex deuotione offerentiū ipsum: sicut sacrificia antiquoz fuerunt ei accepta ex eoz deuotione Et tamen istud debet magis esse ei acceptū cum sit perfectissimū. Quinto petit sacerdos a deo huius sacrificiū ⁊ sacramenti effectū spirituale q̄tum ad duo. Primo q̄dem q̄tum ad ipsos sumentes illud sacramentū cū dicit. Supplices te rogamus omnipotens deus. .zc. Nec petit sacerdos in hoc dicendo q̄ species sacramētales aut corpus christi ⁊ sanguis sub eisdem sp̄ibus contenti ferantur in celum. Sed querit ⁊ petit pro corpore christi mystico. scilz pro ecclesia catholica: que significatur per corpus verum et sanguinē christi: q̄ orationes sacerdotis ⁊ populi: angelus assistens huic sacramento representet deo. sc̄dm illud apoc. viii. Ascendit fumus ascensorū de orōnibus sanctorū de manu angeli corā dño. ideo dicit sacerdos. Jube hec p̄ferri per manus sc̄ti angeli tui ī sublimē altare tuū in cōspectu diuine maiestatis tue. ⁊ dicit sublime altare ecclia triūphans: in quā transferrī petimus. Vel per angelū intelligi pōt ipse xp̄s qui āgelus cōcilii dicitur qui corpus suū mysticū. i. eccliam sacram

deo patri et ecclesie triūphanti que est in celis coniūgit.
 et propter hec missa dicitur quia sacerdos per angelum
 preces mittit ad deum. vel per sublime altare intelligit
 ipse deus qui est beatitudo nostra quā obtinere petim?
 Secundo petit sacerdos huius sacramenti ⁊ sacrificiū ef-
 fectum q̄tum ad mortuos qui iam sumere hoc corpus
 christi nō possunt: cum dicit. Memento etiam dñe famu-
 loꝝ famularūꝝ tuarū qui nos precesserūt. ⁊c. Tercio pe-
 tit sacerdos a deo huius sacrificiū et sacramenti spūali-
 ter effectum q̄tum ad ipsos sacerdotes offerentes cū di-
 cit. Nobis quoꝝ peccatoribus. ⁊c. Consequenter agitur
 de sumptione huius sacramēti. Primo tamē p̄paratur
 pplūs ad sumptionē que per tria habet fieri. Primo p̄
 orationē cōmunē totius populi que est oratio dñica cuz
 dicit sacerdos. Pater noster. ⁊c. Scōdo p̄ orationē priua-
 tā cū dicit. Libera nos q̄s dñe ab oībus malis. ⁊c. ⁊ hāc
 offert spūaliter pro populo. Tercio p̄parat pplūs per
 pacē: cum dicit. Agnus dei. ⁊c. cum eucharistia sit sacra-
 mentū vnitatis et pacis: que tamen pax solū datur quā-
 do sacramentū datur pro viuis. Quia pro defunctis in
 eoz missa pax non datur: quia nō sunt in pturbatione
 huius mundi: sed quiescunt in dño. Similiter nec inter
 monachos. quia iam in mundo mortui sunt. vt habetur
 super illud decretū de consecra. distinct. vii. Pacem. De-
 inde sequitur perceptio sacramenti. Primo sacerdos su-
 mit eucharistiā. deinde dat ceteris qui cōmunicant ⁊ iu-
 stum est vt primo sumat. q̄a qui aliis diuina tradit pri-
 mo debet esse eoz particeps vt dicit dionisius in. iiii. ca.
 ecclīastice hierarchie. Ultimo autē tota misse celebratio
 terminatur in gratiarū actione: populo exultāte pro sū-
 ptione hui⁹ sacramēti: q̄ designat cātus post sūptionē.
 ⁊ tūc sacerdos refert grās dño deo orōnem dicēdo. sicut
 x̄ps post cenā cū discipulis celebratā dixit hymnū. In fi-
 ne autē diaconus populū licenciāt dicendo. Ite missa est.
 scilz hostia ad deū per angelū. Oīm ergo quedā dicunt
 a choro: ⁊ hec pertinet ad totā ecclīaz sicut itroīt⁹ ⁊ gra-

duale et huiusmodi. Quedam inspirantur populo per
 sacerdotē. sicut fides et glia celestis. ideo sacerdos inchoat
 glia in excelsis: et credo. Quedā etiā dicuntur pro populo
 per ministros: sicut doctrina veteris testamēti et noui tā
 q̄ a deo missos. Quedā vero solus sacerdos prosequit.
 sicut que p̄tinent ad suū officium. sicut dona et p̄ces. Et
 eorū quedā sacerdos dicit in publico. et hec p̄tinent ad sa-
 cerdotem et ad populū vt orōnes. quedā vero ad sacer-
 dotem solū: sicut oblatio et cōsecratio. et ideo ea dicit oc-
 culte submissē vel secrete: in signū q̄ tempore passionis
 christi ante missionē spūs sancti in discipulos ipsi confi-
 tebant christū occulte. In his etiā que a sacerdote in pu-
 blico dicuntur expectat assensum dicentū. Amen. et exci-
 tat attentionē populi: et ideo premit dñs vobiscū: et in
 fine subiūgit: Per omia secula seculorū. Notandū q̄ in
 missis solēnibus plures debent assistere sacerdoti: vt dicit
 sothel papa vt habet in decre. de consecra. distinct. i.
 vbi dicit q̄ nullus sacerdos presumat missam celebrare
 nisi duobus correspondētibz presentibus sibi et ipse ter-
 cius habeatur. In missis tamen priuatis vnū sufficit ha-
 bere ministrum qui gerit personā totius populi catho-
 lici et totius ecclesie: ex cuius persona respondetur plu-
 ries sacerdoti. ¶ Nunc de his que fiunt in missa michi
 dicas. ¶ Longum est enarrare: sed breuiter pertransi-
 bo. Unde scias q̄ eorum que in missa fiunt: quedam per-
 tinent ad reuerentiam sumptionis sacramenti: sicut ab-
 lutio manū que conuenienter fit: quia preciosa tracta-
 re non debemus nisi manibus lotis et mundis. Simili-
 ter propter significationem fit: vt scilicet interius sit sa-
 cerdos lotus per confessionē. sicut exterius manus mun-
 dantur per aque lotionem. Et lauantur extremitates di-
 gitorū. ad designanduz emundationē etiā a minimis
 peccatis per confessionem que fit ad altare in introitu
 misse. Thurificatio autem fit duplici rōne. Una ratio ē
 prop̄ reuerentiā sacramēti. vt si sit i loco celebrationis al-
 qd olens et prauū odoris. p̄ bonū odorē thuris depellat.

Alia ratio mystica est ad representandū effectū grē diuī
 ne fit aut̄ thurificatio. quia sicut xp̄s bono odore plen⁹
 est ⁊ a xp̄o deriuatur bon⁹ odor ī mistros eccleie sic ad fi
 deles per officū ministroꝝ ecclesie idē odor deriuare de
 bet. Ideo in missa vndiq; altare thurificat̄ per qđ xp̄s
 significatur: ⁊ postmodū om̄s fideles per ordinē. Et sic
 illud pertinet ad corpus xp̄i mysticū. Sunt etiā alia que
 fiūt ad representationē passionis xp̄i sicut crucis signa
 tiones que fiūt a sacerdote in celebratione misse que des
 ignant effectū ⁊ virtutē crucis ⁊ modū passionis christi
 Post vero consecrationē extendit sacerdos brachia sua
 quod designat extensionē brachioꝝ xp̄i in cruce. leuat
 postea manus ad designandū qđ orō eius pro populo di
 rigatur ad deū. Quādo autē sacerdos in missa manus
 iungit ⁊ inclinat se orans suppliciter. hoc significat hu
 militatē ⁊ obedientiā xp̄i ex qua passus est. Digitos autē
 iungit post consecrationē scilz pollicē cū indice. quibus
 corpus cōsecratū tetigerat vt si aliqua particula hostie
 cōsecrate adhereat digito nō cadat. et hoc fit ppter reue
 rentiā sacramēti. Quisq; autē vicibus sacerdos vertit se
 ad populū ad designandū qđ xp̄s in die resurrectionis
 manifestauit se quīquies. Salutatur autē sacerdos septies
 in missa populū. scilz quīquies quādo vertit se ad pplm̄
 et bis quādo nō vertit se ad populū: scilz vna vice quan
 do dicit dñs vobiscū ante p̄fationē. et alia vice quādo
 dicit. pax dñi sit semp vobiscū. ad significandū septiformē
 gratiā sanctisp̄s. Episcopus autē celebrās in salu
 tatione p̄ma dicit. pax vobis. quia hoc xp̄s dixit disci
 pulis suis post resurrectionē suā: cuius personā ep̄s re
 presentat. Postea frangit̄ hostia consecrata in tres par
 tes. quarū vna ponit̄ in calice: que designat corpus xp̄i
 qđ iam surrexit. Et corpus mysticū eius q̄tum ad sc̄os
 qui cū corporibz surrexerūt vt beate virginis pars co
 mesta significat ipsū ambulatē sup terrā et corpus ei⁹
 mysticū. scilz fideles xp̄i in terra viuētes. qui passionibz
 terunt̄. Tercia pars in altari vsq; ad finem misse rema-

nens significat corpus christi iacens in sepulchro. et corpus eius mysticum scilicet corpora sanctorum iacentia in sepulchris: quorum anime sunt in purgatorio: vel in celo. Iste autem modus seruandi unam partem hostie usque ad finem missae modo non seruatur. manet autem hodie eadem significatio in partium hostie fractione. Conseruantur autem aliae hostie consecrate propter infirmos. ut in decretis. de consecratione. di. ii. legis. cap. presbiter. etc. De hac autem fractione tripliciter usus. Hostia diuiditur in partes tincta beatos. Plane sicca notat viuos seruata sepultos. Quidam autem tenent quod pars hostie in calicem posita significat illos qui viuunt in hoc mundo fideliter: quia sunt participes passionis christi pars autem extra calicem seruata plane significat bonos in corpore et anima: ut est beata virgo. pars comesta illos quorum corpora in sepulchris iacent: et anime eorum in purgatorio sunt aut in celo. Et nota quod illa fractio tripartita non habet fieri in corpore christi. sed in accidentibus et speciebus per se manentibus que retinent eandem vim virtute diuina: quam prius habebant cum subiecto. de hoc dictum est supra ca. viii. di. i. et l. Vero etiam. Quod pars in calicem missa non debet dari populo in supplementum communionis. quia panem intinctum non dedit christus discipulis nisi iude proditori. Nec tunc accepit iudas corpus christi sub pane intincto. sed simplicem panem. quia corpus et sanguinem christi prius cum ceteris apostolis susceperat. sed in porrectione panis intincti expressit iohanni euangeliste suum proditorem. Post summptionem autem corporis et sanguinis domini nostri iesu christi digiti quibus tetigit sacerdos corpus christi et os vino abluat. Et non debet abluitionem sumere si uoluerit aliam missam celebrare. quia si aliud sumeret a sanguine celebrationem alius missae impediret. Ideo in decretis. de celebratione. ex parte. etc. Semp[er] sacerdos vino os suum perfundere debet postquam accepit totum eucharistiae sacramentum. Nisi tamen eodem die missam aliam debuerit celebrare ne si forte uinum perfusionis accipet celebrationem alteram impediret. Unde quicquid infundit post species panis et uini vel cum ipsis.

in calicē: nō conuertit̄ in spēs sacramēti: s; potius illas
corrumpt. Et ideo unū infusum in calicē post sumptio
nē corporis ⁊ sanguis: nullom̄ sumendū est a sacerdote
cū sacerdos vult aliam celebrare missam. De hoc dictū
est supra ca. xvi. ⁊c. Nec tibi petre de sacramento eucha-
ristie sufficiant.

De sacramento penitentie.

Cap. xii.

Petrus. Nūc de sacramēto penitentie audire vo-
lo. que scōa tabula dicit̄ post diluuiū vel naufra-
giū: ideo te rogo vt circa eam diligēter attendas
quia sacerdotib; est maxime necessaria et curā habentib;
bus animarū. **S** Multa sunt in isto sacramēto que nō
potero declarare. Petere tamē quid vis ⁊ put potero cuz
dei adiutorio respōdebo. **P** Quero primitus quare ta-
bula scōa dicitur penitētia: deinde quid sit sacramentū
penitentie: et que sunt eius materia ⁊ forma. **S** Penitē-
tia est et dicit̄ scōa tabula scōm metaphozā: quia primū
remediū mare transeuntibus est nauis integra: vt in ea
nauigantes saluentur. Sic secundū remediū post nauē
fractam est paruula nauis que sibi adherentes saluat.
Sic spūaliter primū remediū huius vite est baptisimus.
ad seruandā integritatē. Sed penitētia est secundū re-
mediū: que integritatē perditā ⁊ per peccatū mortale re-
parat ad salutem: ⁊ ideo scōa tabula dicit̄ post naufra-
giū peccati mortalis. Est autē penitētia p̄terita mala plā-
gere: ⁊ plangēda iterū nō cōmittere. Est etiā in sacramē-
to penitentie materia ⁊ forma sicut ⁊ in aliis sacramen-
tis. Actus enī penitētis dolentis de pctis cōmissis: est et
sunt materie sacramenti penitētie. Verba autē sacerdo-
tis in absoluendo penitētē cōfitentē: sunt forma. scilicet
ista. Ego absoluo te. Unō illa v̄ba q̄ proferunt̄. s. misere-
atur tui ops̄ d̄s. ⁊c. et similit̄ illa. Absolutionē ⁊ remissio-
nē oīm pctōꝝ. ⁊c. nō sunt de essentia forme sacramēti pe-
nitētie: s; sūt solū orōnes ⁊ supplicationes deo pzrecte
ne ipediañ effect⁹ sacramēti. Et ideo solū hec v̄ba. ego ab-
soluo te. ⁊c. sūt de necessitate forme. Nec etiā li ego est de

 spirituales. que per hunc versum designātur. Consule:
 doce: castiga: solare: remitte: fer: ora. Consule. scilz igno-
 rantem. Doce. errantem. Castiga. delinquentem. Solare
 desolatum. Remitte. iniurie reatum. fer. supposita lapsū
 Ora. pro inimicis. **P** De castigatione que est fraterna **O**
 correctio aliis omissis ad presens audire volo. Et pri-
 mo vtrum debeam semper corrigere delinquentē. ⁊ nū-
 q̄ dimittere. **S** Sicut dictum est supra in principio hu-
 ius capituli fraterna correctio cadit sub precepto affir-
 matiuo. et ideo suas circūstantias requirit. quia non
 quocunq̄ loco: nec quocunq̄ tempore corrigendus est.
 sed pro loco ⁊ tempore. Et ideo scias q̄ fraterna corre-
 ctio dimittitur triplici ratione. primo ratione caritatis
 et hoc meritoꝛie quando pbabiliter timeſ ne deteriores
 fiant delinquētes corrigēdi vel alios a bono impediāt.
 vel a fide auertāt. vel ob hoc ifirmos premāt vel a bona
 via ⁊ vita pia erudiēdos impediāt. A taliū correctione
 pro loco ⁊ tēpore abstinere licet. vt di. aug. Nō videt̄ esse

De fraterna

cupiditatis occasio: sed consiliū caritatis. Scđo dimittit fraterna correctio cū peccato mortali scilz quādo ppter timorē humanū vel cupiditatē seu fauorem peccator dimittitur corrigi. Et precipue quādo psumitur q̄ ppter correctionē posset a peccato retrahi. Tercio obmittit fraterna correctio: et hoc cum pctō veniali. quādo scilz propter aliquē timorē vel cupiditatē quis efficitur tardior ad fratrem corrigendū: tamē ppter hoc nō dimittet fratrem corrigere si de eius emendatiōe sparet. et sic sc̄i viri quādoq; negligūt corrigere delinquētes. Tēpus autē quo quis obligatur ad correctionē fraternā: est cum delinquēs sibi occurrit et potest cōmode corripī et speratur eius emēdatio. et tūc nō est alius cui ex officio incumbat corrigere. vel si ille cui incūbit sit negligens in corripiēdo. Econtra autē excusat quis a precepto correctiois fraternalis. quādo videt fratrem ex hoc deteriorari vel quādo scit superiorē eius paratū ad corrigendū delinquentem

P Quibus incūbit fraterna correctio **S** Scias q̄ duplex est fraterna correctio. Una est actus caritatis: et hec fit per simplicē monitiōē: et talis p̄tinet omnibus caritatem habentibz: siue fuerit subditus siue p̄latus. et istom̄ potest inferior superiorē suū delinquentē cū mansuetudine et reuerētia corrigere. Alia est correctio que est actus iusticie que fit per punitiōē vt alii magis timeāt. et hec pertinet ad superiores solum. qui nō solū debent monere sed etiā punire. et talis correctio nō pertinet ad inferiorem respectu superioris cum nō habeat sup ipsum iurisdictionē. sed magis ecōuerso. Prima autē correctio que est actus caritatis potest p̄termitti ad tempus quādo videlicet dubitat ex ea deterioratio sequi. Sed scđa q̄ ē actus iusticie nullomodo debet p̄termitti: etiā si delinquēs deterioreff ex ea. Unde iudex nullomodo debet p̄termittēre sententiā dānationis i peccantē prop̄ turbatiōes aut timorē eius siue amicos suos **P** Nūquid potest pctōz corrigere. **S** Quicūq; aliū corrigit: debet se a pctō suo prius emēdare. Unō si p̄latus delinquēs corrigit subdi-

nā delinquentē peccat. idigne vtens officio suo. Verūta-
 men per simplicē monitionē vel rogationē pōt p̄latus &
 quicūq; alius subditus etiā i pctō notorio existens delin-
 quentē monē vt desistat a pctō & suo exemplo nō incitef
 ad malū. & talis sic corrigēdo & monēdo & rogando non
 peccat **P** Nūquid secreta admonitio p̄cedit publicā de **R**
 nūciationē sicut dicit dñs i euāgelio Si peccauerit in te
 frater tuus corripe illū inter te & ipsum solū **S** Si pec-
 catū fratris ē manifestū & publicū publice debet puniri
 prop̄ correctionē alioꝝ vt inde exemplū assumant. Si
 v̄o pctm̄ sit occultū: aut illud pctm̄ est in nocumentū p-
 ximoz corporaliter. q̄a vult incēdere domū vel ciuitatē
 vel aliū occidere. vel spūaliter quia hereticus ē & homi-
 nes p̄iuatim a fide auertit. tūc oportet statim q̄ proce-
 dat ad denūciationē. nisi firmiter speret q̄ per simplicē
 admonitionē posset q̄s illa mala ip̄edire. Si vero pctm̄
 occultū sit solū in nocumentū peccātis vel eius qui euz
 corrigit debz per simplicē admonitionē corrip̄i. Postea
 scōm p̄ceptū dñi si noluerit emendari debet corā duo-
 bus vel tribus argui seruando tamen famā q̄tum po-
 test. & si nō potest eius fama seruari quia pctm̄ suū mul-
 tiplicat. dñs voluit q̄ cū dispendio fame publice argua-
 f̄ **Et sic patet q̄ secreta admonitio debet p̄cedē publicā**
 denūciationē. **P** Ergo peccāt religiosi qui fratres pu-
 blice corā aliis de suis culpis in capitulis arguūt & pro-
 clamant. **S** Non. tamē si tales p̄clamaciones que fiūt
 in capitulis religiosoz solū fiūt de leuibz que fame fra-
 tris nō derogant. Si vero esset tale de quo fama fratris
 lederef esset cōtra p̄ceptū dñi qui per hūc modū pecca-
 tum fratris publicare prohibuit. **Et si p̄latus preciperet**
 ḡnaliter oībus vel alicui spūaliter q̄ publicaret illō pec-
 catū quo fama fratris ledi posset cum sit occultū non est
 ei obediendū. quia contra p̄ceptū dei nullus tenef obe-
 dire homini. & qui obediret peccaret. etiā si p̄elatus hoc
 preciperet. Aliter tamen esset si peccatū per aliquas su-
 spiciones vel iudicia: aliqualiter publicaretur. quia i ta-

S

li casu posset prelatus precipere eo modo quo iudex exten-
gendo iuramentum de veritate dicenda preciperet. Nec
de elemosina tam corporali q̄ spiritali ad presens tibi
petre que dicta sunt sufficiant.

De ieiunio vtrum cadat sub precepto. **Cap. xvii**

Questus. De tertia parte satisfactionis. scilicet de
ieiunio michi dicas. si ieiunium sub precepto ca-
dat. **S** Quia per ieiuniū carnis concupiscentia
vel viciū reprimitur. mens eleuatur. et virtutes cōser-
uantur siue conferuntur. ideo ieiuniū cōmuniter est de p̄-
cepto iuris diuini ⁊ naturalis. Sed determinatio tem-
poris ieiuniorū. ⁊ modus ieiunandi ad ius positiuū per-
tinent ⁊ ad prelatos ecclesie eorum ordinatio. ⁊ istomō
ieiuniū cadit sub precepto ecclesie. Unde qui ex contē-
ptu vel sine causa rationabili transgreditur ieiunia: pec-
cat mortaliter: tamq̄ contēnens ecclesie mandatum vel
preceptum. **P** Qui sunt qui a ieiunio absoluuntur. vel
ad ieiuniū non obligantur. **S** Pueri: debiles: infirmi:
⁊ compulsi necessitate. **P** Usq̄ ad quot annos non te-
nentur pueri ad ieiunia conseruanda. **S** Ut cōmuni-
ter dicit vsq̄ ad vicesimū annū vel ad vicesimū primū
q̄a pueri p̄pter actū nutritiue ⁊ augmētatiue v̄tutis indi-
gēt paucō cibo ⁊ frequētī. q̄ diu sunt ī tēpore augmentī.
Tēpus aut̄ illud sc̄dm ph̄m ē tēpus. xxi. āni. Und̄ in sū-
ma raymondina defer in glo. d̄z q̄ pueri a. xx. ānis ⁊ su-
pra ieiunare tenent̄. Nec atē hanc etatē credo aliquē esse
cōpellēdū ad hmōi ieiunia. nec statim post. Quia quidā
sūt ī. xxi. āno. vel. xxi. debiliores q̄ alii ī. xviii. vnd̄ ad ar-
bitriū boni viri recurrendū est. Et sequit̄ ex dictis illius
glose q̄ pueri vsq̄ ad illud tēpus ad ieiunia nō tenentur
ista tamen nō sunt publice p̄dicanda. cū ad concupiscē-
tiā iuuenes ⁊ ad gulā faciliter moueant̄. Ideo cōueniēs
est vt citius ante tēpus dictū moneant̄ ad exercenda iei-
unia sc̄dm q̄ eoz v̄tus roboratur. Eodē etiā modo iudicandū
est de infirmis q̄ sc̄dm arbitriū boni viri est lī-
mitandū eoz ieiuniū **P** Quid de pegrinis ⁊ laboran-

nibz est agendū. **S** De pegrinis scias q̄ si pegrinatio cō
 mode differri pōt. debet p̄termitti ⁊ ieiuniū p̄fici. Si v̄o
 necessitas imineat: sic q̄ p̄termitti nō possit nec differri
 pegrinatio. q̄a cōpellūtur homīes ire in exercitū ex p̄ce-
 pto ecclesie. sicut trāsmarinare tēpoze passagu. vel aliud
 iter necessariū arripere qd̄ oportet facē. a ieiunio excusa-
 tur si ieiunare nō possint. Sed si p̄pria volūtate pegrin-
 nationē arripuerint ī quadagesima cū ad illā nō tenea-
 tur. vel alio tēpoze p̄cedenti possent illā pegrinationē fa-
 cere nō excusanē a ieiunio. Et si id transgrediantē peccāt
 ⁊ tenent alio tēpoze ieiunia fracta recōpensare scōm cō-
 siliū ecclie v̄nō sup hoc a suis p̄sbiteris āte quadagesi-
 mā sunt monendi. De cursoribz magnatū quoz vsus est
 necessarius si eos currē oporteat ⁊ ieiunare nō possunt
 excusanē. De laborantibz ⁊ operantibz terrarū vinearū
 filoniarū metalloz. ⁊ ceteris talibz vbi opus est cū ma-
 gno labore isudare. si adeo sunt pauperes q̄ per seipsos
 oporteat colere vineas p̄prias. aut aliū de victū sufficiē-
 ter nō haberēt pro se ⁊ familia sua cuius curā habēt nisi
 laborādo ⁊ laborare nō possint nisi ieiunia frangāt. pos-
 sunt ieiunia frāgere ⁊ laborare. Similiter si serui sint ru-
 stici qui debent facere opa dñoz suoz. nō peccāt morta-
 liter ieiunia frangēdo. hoc tamē per dispensationē eccle-
 sie seu p̄pziū sacerdotis vtile est fieri. Si vero opariū dis-
 uites sint q̄ possint per alios opera sua p̄ficere nō excu-
 sanē. sed si velint laborare vel opari p̄sonaliter ita labo-
 rē patiantē āte prandiū laborādo q̄ nō oporteat eos iei-
 uniū soluere. v̄nō p̄stat q̄ intētio maioris lucri ⁊ nō ne-
 cessitas nō excusat operariū a ieiunio. nec sunt imunes
 a pctō qui opario cōducere nolūt nisi tali pacto q̄ ieiun-
 iū soluāt vt plus operent. nisi forte sit necessitas q̄ festi-
 nationē opis pro quo laborat̄ exposcat. **¶** Quid de ser-
 uientibz nobiliū. **S** De seruentibz nobiliū qui habent
 seruire ad mensas eoz si ex causa necessaria aliq̄ tulum
 p̄ueniāt horā comedēdi ex toto comedēdo vel p̄libādo
 modicū. ne p̄pter debilitatē ī seruiēdo deficiāt. ⁊ hoc fa-

ciant positis iam mensis vel parū ante. ita q̄ p̄pter con-
tinuationē tēporis totum debeat reputari vna mensa
nō credo q̄ peccent. sicut nō peccant seruiētes medio-
cruū personarū qui surgūt de mensa dñorū suorū vt va-
dant ad vinū vel vt portent encenia. ⁊ iterū reuertentes
comedūt. Item credo de regularibz qui legunt legēdas
in refectorio ad mensam idem esse sicut dictū est de ser-
uiētibz diuitū et nobilium. dum tamē hoc ex licentia
faciant. De iunioribz ⁊ nouissimis sup̄ soluendo ieiunio
vel nō soluendo credo q̄ tenent magis discretioni pre-
latorū aut dispensationi q̄ p̄prio iudicio acquiescere.

- A** **P** Quid de pregnantibz ⁊ nutricibz dicendū est. **S**
Si timeat̄ pbabiliter de periculo earū si ieiunauerit si-
ue de piculo fetus in vtero in pregnantibz vel de victu
pueri ad vbera in nutricibz. non solum possunt soluere
ieiunia: sed etiam tenentur. Quantū autē ad dispensatio-
B nem ieiunii si constet oībus vicinis de causa p̄pter quā
soluendū est ieiuniū. nō necessariū est q̄ petatur dispen-
satio. Si autē dubiū est illis quibz soluendū est ieiuniū:
⁊ aliis circūvicinis petatur dispēsatio ab episcopo. aut
eius penitentiario si episcopus defuerit. Si vero nō pos-
sit haberi vterq̄ sufficit licentia p̄p̄rii sacerdotis. Si-
militer si causa manifesta sit in infirmo. ⁊ nō sit manife-
sta aliis. debet petere licentiā frangendi ieiuniū p̄pter
scandalū aliorū. Nullus autē auctoritate p̄p̄ria debet iei-
unia ab ecclesia instituta frangere. Omnia enim ea que
dicta sunt de ieiunio require in summa predicta. scilicet
L Raymondi. in glo. ca. de seruis. **P** Nūquid paupertas
semper excusat a ieiunio. **S** Illi paupes qui nō possūt
habere simul quod ad vnā comestionē sufficere debz ex-
cusantur a ieiunio. sicut sunt illi qui frustratim querunt
panē. Illi enī qui possunt habere illud quod sufficit ad
vnā comestionē nō excusant̄. **P** Que sunt tēpora ieiun-
D niorū **S** Primū tēpus est in principio veris āte festum
pasche. scilicet tempus quadragesime tam p̄pter refre-
nationem cōcupiscētie que multū viget in illo tempore

quod propter preparationem ad gratiam suscipiendam que confer-
 tur in baptismo qui solemnizatur in vigilia pasche: quod etiam
 propter sumptionem dignam ad sacramentum eucharistie
 quam quilibet christianus fidelis debet assumere. Item pro-
 pter ieiunium quadragesime in quo omnium dierum quasi deci-
 ma solvitur in singulis quadris anni tres dies ieiunium
 sunt instituti. qui quasi in primitias computatur. et ad ex-
 piandum peccata singularium quartarum. Et dicuntur ieiunia
 quatuor temporum. Similiter in solennitatibus precipuis
 vigiliis ieiunamus ut propiores ad devotionem simus.
 ad solennitates sanctorum celebrandas et observandas. Et
 scias quod licet omni tempore ieiunium sit laudabile. diebus ta-
 men dominicis non ieiunamus cum sit dies leticie: et non affli-
 ctionis. Similiter ad detestationem erroris manicheorum quod
 eo die ieiunabant. **P** Que cibaria sunt sumenda et quod
 tum in die. **S** Illa cibaria sunt sumenda in ieiuniis que
 concupiscentiam non mouent vel minus mouent. Unde car-
 nes animalium et lacticinia cum multum conformantur com-
 plexioni hominum ut statim conuertantur in materiam semi-
 nis prohibita sunt et maxime in quadragesima. Quia vero
 pisces non ita conformantur complexioni hominum nec ita ci-
 to in materiam hominis conuertantur: sicut et carnes. ideo
 non sunt prohibiti. In aliis autem ieiuniis secundum obseruan-
 tiam locorum fit abstinentia a lacticiniis et ouis. Vinum autem
 licet inflammet concupiscentiam tamen non prohibetur ieu-
 nantibus quia eius inflammatio non tantum durat. quantum
 inflammatio concupiscentie que procedit ex esu carniuum: sed ci-
 to transit. Similiter non prohibetur propter impedimentum
 digestiois que nimis debilitaret. De institutione autem ie-
 iunium scias quod institutum est ut ieiunantes semel in die tan-
 tum comedant. licet possint pluries bibere propter digesti-
 onem. Similiter sumptio electuorum et aliarum medicina-
 rum. ieiunium istud ab ecclesia institutum non soluit. Nisi su-
 mat forte aliquis in magna quantitate in fraudem per mo-
 dum cibi quia sic ieiunium frangeret. Hora comedendi est
 hora nona vel circa quia tali hora christus emisit spiritum

E**f**

De Restitutione

quia ieiunantes debent se conformare passioni christi. Nec requiritur determinate hora nona secundum subtilem estimationem: sed secundum grossam ut sic circa horam nonam propter necessitatem potest aliquotuluz perveniri. Nec tibi petre de ieiunio sufficiant ad presens.

De restitutione utrum sit de necessitate salutis. Ca. xviii.

S **Q**uestus. De restitutione michi dicas que ad satisfactionem pertinere videtur. Et primo utrum restitutio sit de necessitate salutis. **S** Sic. quia servare iusticiam est de necessitate salutis. Restitutio enim est actus iusticie commutative. quia alteri reddere quod suum est: est iusticia. **Q**uidam ideo restitutio est de necessitate salutis. **P** An de furto rapina et homini debet fieri restitutio. **S** Rem alienam furtive retinere non licet. et qui eam capit ad restitutionem tenetur. nisi in casu extreme necessitatis in quo omnia sunt communia nec hoc habet rationem furti. Verumtamen in rebus minimis que tamquam derelicta videntur a domino. aut quarum captio verissimiliter non displicet domino si sciret furtum non committitur: si accipiatur occulte. sicut est acus poma et homini. nec ad restitutionem accipiens tenetur. nisi ille qui accipit habet animum furandi et nocendum inferendi proximo. quia sic furtum committeret et peccaret et ad restitutionem teneretur quousque paruum esset. Scias tamen quod si aliquis accipit rem alterius occulte auctoritate iudicis hoc decernentis furtum non committit. quia sibi debitum factum est et sententia liter adiudicatum. **P** Numquid ille qui rem suam occulte accipit ab alio detentam furtum committit. **S** Non committit furtum nec ad restitutionem tenetur cum non grauet eum qui iniuste retinet: sed peccat contra communem iusticiam dum ipse usurpat sibi sue rei iudicium: ordine iuris pretermisso et tenetur deo satisfacere et confiteri. Veruntamen quidam dicunt quod si persona que rem detinet sit ita fortis quod alius non possit contra eum litigare: in accipiendo sic rem suam non peccat quia in hoc obtinet vim iuris. Simi-

liter si iudex sit absens vel fauorabilis iniurianti . quia in talibus vt dicunt cōceditur cui libet a iure q̄ quoquo mo° rem suam accipiat nō peccat nec ad confessionē tenetur . Et hec opinio est godefridi i quolibeto suo . xii . q . p̄ viii . Opinio tamen thome que prima ē cōmunius tenetur . De his vero qui rem suā apud aliū depositā furtiue accipiūt scias q̄ peccant . quia grauāt depositariū z posset cōpelli ad reddendū . Ideo ad reuelandū tenentur z releuandū grauamen depositariū . **P** Nūquid potest aliquis rem iniuriātis accipere furtiue pro re sua violēter detenta . **S** Rem alterius loco rei sue ablata etiam violēter cū in re illa nūq̄ dñium habuit : nō licet accipere alicui . z qui hoc facit peccat z ad restitutionē tenetur . et hec est opinio magnoz . Alii dicūt vt supra qđ verū est q̄ dicendū est si possit rem suā repetere ordine iuris : verūtamē si nō possit ppter potentiā iniuriātis aut absētiā iudicis vt dictū est . potest vsq̄ ad valorem sue rei de rebus detinētis accipere . Cum res detinētis sint pro re detenta obligate erga oppzessum z hoc ei ius concedit . Verūtamē tutius est vt nichil accipiat alienū . cū iusta estimatio difficiliter habeatur et ad accipiendū sint homines prou . **P** De rapina michi dicas . Utrū sit rapina grauius q̄ furtum . **S** Scias rapinā grauius z detestabilius esse peccatū q̄ furtum inq̄tum magis repugnat voluntati eius cui aufertur . Unde furtū cōmittitur per ignorantiam illius cui aufertur . sed rapina per violentiam . Ideo cum nullus potentiam habeat super alium nisi per potestatem publicam . ideo quicūq̄ violenter alteri aliquid aufert non vtens potestate publica . rapinā cōmittit z ad restitutionē tenetur . Principes tamen qui sunt custodes iusticie propter conseruationem iusticie z rei publice si exigant quod eis secundum iusticiam debetur . Etiam si violentiam adhibeant non cōmittunt rapinam . Similiter ad impugnandū hostes si per violentiam a subditis aliquid accipiant . rapinā nō cōmittunt . Si vero absq̄ ratione z cōtra iusticiā aliquid ab-

stulerint violenter rapinā cōmittunt ⁊ ad restitutōnem tenentur. sicut latrones. Similiter illi qui in bello predantur si bellum iustum fuerit rapinā nō cōmittunt. lz peccant ex nimio appetitu accipiendi. Si vero iniustum est bellum peccant in accipiendo ⁊ rapinā cōmittunt ⁊ ad restitutōnem tenentur.

¶ De usura vtrum liceat aliquid recipere pro pecunia mutuata.

Cap. xix.

m **Q**uestus. De usura michi dicas. Si liceat aliqd accipere pro pecunia mutuata. ⁊ si recipiat an ad restitutōnem teneatur. **¶** Ad dissolutionē questus tue primitus scias. qđ quedā sunt res quarū vsus ē ipsarū cōsumptio. sicut pecunia cōsumitur distribuēdo vinū bibendo. blada comedendo. oleum lignūq; cōburnendo ⁊ cōsimilia. Et in talibus rebus cum nō habeant vsūfructum. nō potest seorsum cōputari res ⁊ vsus rei. Sed cuiq; cōceditur vsus rei conceditur ipsa res. Et cui tales res cōceduntur. per mutuū transfertur in eum cui mutuatur ipsarū dominiū. Unde qui mutuat alteri pecuniam seu bladum. vinū ⁊ oleum ⁊ hmoi. nō potest super illud retinere dominiū. cum vtendo corrūparur. ⁊ ideo vsus talium rerū vendi nō potest. quia si quis vellet vendere bladum vel vinū ⁊ seorsum vsus vini vel bladi. venderet eandē rem bis. vel vderet illud qđ non est. cū vinū sit iam potatum. seu bladū comestū. ⁊ sic contra iusticiam faceret ⁊ peccaret. Similimodo qui etiam mutuat vinū vel triticum ⁊ petit vnā recōpensationē equalem rei. ⁊ aliam recōpensationē pro precio vsus rei contra iusticiam facit: ⁊ tale mutuū aut venditio usura dicitur. que scdm sapientē dicitur incrementū fenoris. ⁊ sic in omibus talibus rebus que vtando consumuntur pro vsu rei nichil suscipiendū est. qđ usura est. Sūt autē alie res quarū vsus nō est ipsarum rerū cōsumptio ⁊ habent vsūfructum: sicut ager: equus: domus: ⁊ similia. et in talibus potest vendi seorsum res ⁊ vsus rei ⁊ etia; mutuari. sicut cum aliquis mutuat equū aut agrum vel

domū. potest pro vsu equi vel domus aut agri accipere
 precium et in hoc non peccat. Unde manifestū est cū vsura
 sit contra iusticiam vt dictum est peccatum est et restitui
 oportet. Nec ppter hoc peccant qui ppter necessitatem
 suā accipiunt pecuniam alterius sub vsura. quia subue-
 niūt sue necessitati. Secus autē qui absqz necessitate lu-
 meret pecuniā sub vsura. quia sic peccaret et vsurarium
 induceret ad peccatum. Similiter ille est particeps vsu-
 rarii pcti qui sibi prebet aut prestat pecuniā vt ex ea vsu-
 ras exerceat. In generali scias qd non licet pro pecunia
 mutuata vel alia quacūqz re q̄ vtendo cōsumitur plus
 exigere q̄ q̄titem pecunie vel rei mutuate seu valorez
 pro tēpore quo mutuatur. Unde manifeste vsuram cō-
 mittunt: et peccant qui bladum vinū et huiusmodi mu-
 tuant vel vendūt ad precium tempous subsequētis. quia
 tūc vsum rei iam cōsumpte vendunt similiter et tēpus
 Similiter qui res carius vendunt q̄ sit iustum precium
 propter expectationē solutionis vsurā cōmittunt: quia
 expectatio solutionis habet rationē mutui: et in hoc tem-
 pus vendunt. Similiter qui emit rem minus q̄ sit iusti
 precii ppter anticipationē solutionis vsuram cōmittit:
 quia illa anticipatio solutionis habet rationē mutui cu-
 ius quidē precium est illud quod dirimit de iusto precio
 Et hoc maxime in rebus que tradi nō possunt. sicut sūt
 illi qui emunt bladum in herbā et hmoi. Similiter q̄ de-
 bet ad certum terminū pecuniā vel aliud si aliquid sibi
 dimittatur vt citius soluat vsuram cōmittit manifeste.
 quia tempus solutionis vendit et ad restitutionē tenetur
 Nec excusatur per hoc qd soluendo ante terminū grauat
 vel quod ab alio inducatur scilz ab eo cui debetur. Si-
 militer illi qui pecuniam accipiunt mutuo sub vsuris et
 volentes recuperare vsuras vendendo pannos aut alia
 mobilia plus q̄ valeant ppter solutionis expectationē
 vsuram cōmittunt. Cum in hoc tempus vēdatur et illa
 expectatio rationē mutui habeat. Nec possunt se excusa-
 re. eo qd volunt se seruare indēnes recuperando in hoc

usuras quas debent. possunt tamen mercatores licite vendendo res suas repetere moderatas expensas quas fecerunt in portatione earum: sicut patet in panis et consimilibus rebus. Nec tamen possunt superfluas expensas repetere. Item scias quod si alicui pro pecunia obligatur domus: ager: aut alia res cuius usus precio estimari debet ille qui mutuauit usum illius rei debet computare in solutione restitutionem pecunie mutuatae. nisi talis res forte fuerit cuius usus inter amicos concedi consuevit sine precio. sicut est liber et homo. Igitur summatim teneas quod nullomodo licet pro pecunia mutuata aliquid accipere quod pecunia mensurari possit. etiam pro alia re non habente usufructum ut dictum est

- n** **P** Ergo ille qui mutuauit et damnum incurrit ex mutuatione pecunie sue non poterit damnum suum repetere ut videtur. **S** Scias quod ille solummodo qui amore et beniuolentia mutuata alteri pecuniam vel aliam rem et non pro precio potest ex pacto deducere cum eo qui accipit mutuum recompensationem damni quod mutuans incurrit in ex homini mutuatione. Sicut cum quis debet reddere pecuniam ad certam diem et illam non soluit siue non reddit. et propter hoc defectum solutionis siue redditiois mutuans damnum incurrit. Potest repetere damnum suum nec hoc est pecuniam vendere sed se indemnere seruare.
- o** **N**unquid fauor vel obsequium potest recipi pro pecunia mutuata. **S** Beniuolentia amor et homini possunt ex mutuo recipi: tamen non possunt pecunia mensurari. Munus tamen ab obsequio vel a lingua non potest repeti sicut nec munus a manu cum non possunt pecunia mensurari quod patet in seruientibus qui suum obsequium vendunt. Et similiter in aduocatis qui laborem suum consilium et penam vendunt verumtamen tale munus ab obsequio vel a lingua ex sola beniuolentia potest recipi. Non quasi ex recompensatione mutuatae pecunie. Similiter autem potest recipi munus a manu vel donum gratuitum non ex pacto tacito vel expresse. sed quod etiam dans donasset antequam pecuniam mutuo recepisset. Ideo donum ex beniuolentia solummodo potest mutuans recipere: quia propter mutuationem non efficitur peioris condi-

tionis. Etiam nota q̄ licet nō possit pro pecunia mutuata plus exigi q̄ pecunia. tamen ille qui comittit pecuniam mercatori vel artificio per modū societatis potest partes lucri q̄ ex ea prouenit ab eo cui comisit expetere. sicut de re sua quia dominiū nō transferē pecunie i eū cui comisit. sed magis remanet in mutuante. Et hoc intelligit̄ quādo periculū damni nō solū spectat ad suscipientē s̄ etiā ad dantē ⁊ mutuante. Et sic bene licitū est q̄ vnus socius det pecuniā. ⁊ alius suppleat laborem. **P** Ut dictum est q̄ accipit̄ pro usura est restituendū. Nūq̄ oīa que lucrata sunt ex pecunia usuraria sunt restituenda.

S Possessiones que ex usuris sunt cōparate nō fuerūt nec sunt eoz quoz fuerūt usure. ⁊ ideo nō sunt eis totaliter restituēde. cuz ex industria sua ⁊ labore suo ille qui recipit usuras illas acquisierit. Etiam forte quia plus valet q̄ usure: sed quia obligate sunt his quoz fuerūt usure. Ideo p̄cipitur vt vendant̄ ⁊ ipsarū precia restituātur sc̄dm q̄t̄tatem usuraz receptarū. Et sic intelligitur illa decretalis extra de usuris. Cū tu sicut asseris. Nota tamen q̄ ille qui recipit domū vel agrū aut rem aliam que habet vsumfructū ab alio sub usuris. Non tenetur solum restituere domū vel agrum aut rem quam accepit: sed tenetur fructus inde perceptos restituere. quia fructus illarū rerum sequūtur eas ⁊ eis debētur. Aliud tamen est de rebus que nō habent vsumfructū. vt vinū bladum ⁊ huiusmodi. quia solū eas tenetur restituē ille qui per usurā eas recepit. Nec illud quod acquisitū est ex illis rebus restituitur cū sic acquisitū non sit fructus earū sed humane industrie. nisi forte per detentionē illi rei. alter cuius res est que est per usuram extorta sit nimis damnificatus. quia tunc ille qui per usuram eā recepit tenetur ad recompensationem nocuenti.

Quomodo damnū illatū in persona: et quomodo damnū illatum in rebus restituendū sit.



P *Etrus.* Nunc de restitutione aliarū rerum michi
 dicas sicut de nocumētis illatis in persona vel i
 rebus. **S** De damno illato in persona sicut est
 abcisio membri vel defloratio virginis. quia non potest
 restitui ad equale cū membrū abcisum ⁊ integritas car-
 nis restitui nō possit: debent scōm recompensationē re-
 stitui: sicut i pecunia vel honore ad arbitrium boni viri
 Et hoc intelligitur de puella quādo per violentiā corrū-
 pitur: quia si ex voluntate eius sine fraude ⁊ violētia cor-
 rūpatur. nō tenetur ad restitutionē qui eam violauerit.
 De fama vero scias q̄ tripliciter potest quis alterius fa-
 mā auferre. Primomō^o dicendo verum ⁊ ordine debito
 seruato sicut p̄bando crimen alterius scōm ordinē iu-
 ris ⁊ sic nō tenetur restituere famam. Secundomō^o verū
 dicendo sed nō ordine iuris ⁊ sic tenetur ad restitutionē
 fame q̄tū potest absq̄ mandato scilz se malū dixisse. vel
 eum iniuste diffamasse dicendo. Et si famā ei restituere
 nō potest debet ei aliter recōpensare. Terciomō^o falsum
 dicendo ⁊ iniuste ⁊ sic tenetur famā restituere ⁊ quibus
 prodiit etiam omibus falsum crimē se mentitū fuisse et
 falsum dixisse refferre. Et scias q̄ illi qui ex officio suo
 habent p̄uidere salutē aliorū peccant nisi infamiā a se re-
 pellant. Cum fama sit necessaria ad edificatiōē prox-
 morū. Repellitur autē infamia dupliciter vel casum in-
 famie substrahendo vel linguas detrahentiū cōpescen-
 do. Circa vero restitutionē faciendam p̄pter damnū il-
 latum rebus. scias q̄ aliquis dānicatur i rebus dupli-
 citer. Uno modo q̄ aufertur ei qd̄ actu habet ⁊ tale dā-
 num restituendū est scōm recompensationē equalē sicut
 cōburendo domū. vel interficiendo equū ⁊ hmōi. resti-
 tutio debet fieri scōm valorē domus vel equi. Alio mō^o
 impedit̄ aliquis ne adipiscatur illud qd̄ erat in via ha-
 bendi ⁊ tale damnū nō oportet restituere ex equali s̄ se-
 cundū iustam estimatiōē damni. Cū possit pluribz cau-
 sis impediri sicut de blado seminato ⁊ lucro impedito.
 Non tenetur dānicās ad totum prouentū restituendū

sed solū ad iustam estimationē damni illati ad arbitriū boni viri de impedimento vero beneficii ne alter adipiscatur. Nota q̄ multipliciter potest impediri. Uno modo impedit quis iuste ne alter beneficiū vel prebendā obtineat intendēs ad honorē et cōmodum ecclie vt detur digno cū alter dignus nō sit: et sic restituere nō tenet. Alio modo impedit iniuste scilz causa odii vel inuidie aut vīdicte sumēde. et sic si nondū beneficiū ille qui impeditur obtineat. sed solū sit in via habendi nō tenet impediens ad restituendū equale: cū ille nō sit illud adeptus et posset pluribus causis impediri: sed tenet ad reconsiliandū et recompensandū scōm arbitriū boni viri. Si vero sit iam adeptus beneficiū vel iam firmatū sit q̄ alicui deē impediens ppter causam indebitā ad restitutionē equālem tenet. ¶ Nūquid restitutio semp est faciēda ei a quo res ablata est: vel cui damnū infertur. **R** Si possit iueniri debet ei restitutio fieri vel eius heredi cū vna persona cōputetur cū eo. Si vero sit multū distans debz ei transmitti. et p̄cipue si sit res magnivaloris. Nec ex ea se teneat restituens grauatū q̄ ei mittat et expensas faciat imittendo. quia hoc est in recōpensatione damni illati quod alter habuit ppter defectum rei sue. Si vero non possit ei cōmode mitti debet in loco tuto poni vt pro eo seruetur. Si autē ille cui est restitutio faciēda sit omīno ignotus: debet restitutio fieri scōm q̄ potest per elemosinas vel alio modo scōm consiliū ecclie. ¶ Nūquid semp restituere tenet qui damnū infert vel rem accipit. **S** Semp tenetur. primo et p̄cipaliter. Alii tamē cōsentiētes ex consequenti. quia vt dicit ap̄lūs. Digni sunt morte non solū qui faciūt. sed etiam qui consentiūt faciētibz. Ideo omēs illi qui sunt causa iniuste acceptiōis vel damni illati ad restitutionē tenentur. Contingit autē hoc nouē modis. qui per hos versus notantur. Jussio: cōsiliū: consensus: palpo: recursus. Participans: mutus: nō obstans: nō manifestās. Jussio qui iubet scilz iniuste accipere vel damnū inferre. Consiliū. qui hoc consulit.

Consensus. qui expresse consentit. sine quo sequi nō poterat. Palpo. adulator ex cuius adulatione sequitur dānum alterius dicendo esse strennuū factum ⁊ huiusmōi Recursus receptando: ⁊ sustinendo damnū ⁊ res ablatas. Participās. scilz socius malefici. Mutus. s. ille cui incumbit ex officio reprehendere malefactorē. Uel per consiliū impedire. ⁊ hoc non facit: ad restitutionē tenet. Non obstans. scilz ille cui ex officio incūbit obuiare malefactoribus sicut princeps qui substrahit auxiliū. ⁊ inde damnū sequitur. tempore restituere tenetur. Cū principum stipendia sunt ad hoc eis data. Non manifestans scilz ille qui tenetur manifestare malefactorē quādo latitat. omēs enī predicti ad restitutionē tenentur. verūta men principalis in facto tenetur principaliter ⁊ eius defectu. secundus ex consequēti. ⁊ cōsequēter alii. Et vno restituente illi qui damnū habuit. Alii eidem amplius nō tenentur. Sed principales in facto tenētur satisfacere ⁊ restituere ei qui pro eis restituit. **P** Nūquid illi qui in bello accipiunt rapinam cōmittunt. ⁊ ad restitutionē tenentur. **S** Si illi qui depredātur hostes iustum bellū habent nō cōmittunt rapinā in accipiendo. nec ad restitutionē tenētur. licet peccare possint in modo accipiendi pre nimia cupiditate ex praua intentione. Si vero non iustum bellum sit: accipiendo cōmittunt rapinam. et ad restitutionē tenentur. Scias tamen ad hoc q̄ bellum sit iustum tria requirūtur ex necessario. Primū est auctoritas principis cuius mandato bellum est gerendū. quia principibus et publicis personis pertinet bella mouere ⁊ nō personis priuatis. Secundū est causa iusta vt scilz illi qui impugnātur sint culpabiles. Tercio requirē intentio recta vt scilz illi qui pugnant intendant malum corrigere ⁊ bonum promouere. Et hec tria ita concurrunt ad bellum ad hoc q̄ sit iustum quod si vnū illorū defuerit bellum iniustum ⁊ illicitū efficitur. Unde si ille qui impugnat in tali bello iusto accipit non tenetur restituere. sed ei suū esse conceditur. **P** Nūquid prescrip-

tio semper valet. **S** Prescriptio mala fide habita non valet. Unde si quis longo tempore mala fide prescripserit secundum ius canonicum restituere tenetur reddendo quod abstulit et cui abstulit. Nam ius canonicum semper intendit animarum commodum. Nullus autem in peccato mortali saluari potest. Ideo qui mala fide prescripserit est in peccato mortali. cum rem alterius retineat iniuste. Peccatum autem non dimittitur: nisi prius restituatur ablatum. **Q** autem prescriptio male fide habita non sit sine peccato habetur de prescriptionibus. Quoniam omne. ubi dicitur quod omne quod non est ex fide peccatum est. Sinodali iudicio diffinimus quod nulla valeat absque bona fide prescriptio tam canonica quam civilis. Cum generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum. que absque peccato mortali non potest observari. Unde oportet qui prescribit quod in nulla parte temporis conscientiam habeat rei aliene. Si vero prescribat bona fide possidendo non tenetur ad restitutionem. Etiam si sciverit aliena fuisse post prescriptionem. Hec igitur de restitutione facienda circa damnum petre quo ad presens tibi sufficiant.

Utrum liceat res vendere plus quam valeant. **Cap. xxi.**

Q Etrus. Quia circa emptioes et venditioes fraus consistit in quibus etiam quandoque cadit restitutio. ideo de ipsis michi aliquantulum dicas. Et primo si liceat rem plus vendere quam valeat. **S** Cum venditio et emptio sint inuente pro communi utilitate hominum scilicet quia re alterius alius indiget non debet magis esse in grauamen unius quam alterius. ideo debet secundum equalitatem rei contractus institui. que equalitas rei et quantitas mensurat secundum precium pecunie pro qua res datur. Et ideo siue precium excedat quantitatem valoris rei vel res excedat precium tollit equalitas iusticie. Et sic vendere carius aut vilius emere rem quam valeat est illicitum et secundum se est

peccatū. Veruntamen si in emptione et venditione alter multū leditur utputa q̄ vnus multū indigeat re alteri⁹ et alter leditur si ea careat. in tali casu iustum est vt non solū respiciatur ad rem que venditur: sed ad damnū qđ venditor incurrit. Et sic subueniēdo damno vendentis potest res vendi licite plus q̄ valeat scđm se. licet nō vē datur plus q̄ valeat necessitatē habenti. Si tamen venditor nō damnificat carendo re sua: nō debet eam plus vendere q̄ valeat. licet ille qui emit lucretur ex ea quia utilitatē que accrescit alteri nō est suū vendere. licet possit vendere damnū suū cum precīū rerū non sit secundū se determinatū. Inde est q̄ modicū plus vendere vel minus emere nō tollit equalitatē iusticie sed licite pmittit.

¶ Dic michi quomodo venditio est illicita ppter defectum rei **S** Tripliciter redditur venditio illicita ppter defectum rei. Primus defectus est scđm speciē rei. sicut si vendatur aqua pro oleo vel stannū pro argēto. et hūc defectum si venditor cognoscat in re quā vendit fraudē cōmittit et restituere tenetur. etiā si vēdat auricalcū pro auro. Secundus defectus est scđm q̄titatem que per mēsuram cognoscitur. ideo si venditor scienter vtatur deficiente mensura: peccat et ad restitutionē tenet. Nec ppter hoc est incōueniens esse diuersas mēsuras scđm diuersitatē locorū ppter diuersitatē copie et inopie rerū. q̄a vbi maior copia rerū abundat: necesse est maiorē mensuram habere. Et hoc p̄tinet ad rectores cōmunitatis et nō p̄uate persone. ideo eas p̄terire nō licet. Tercius defectus est ex parte q̄litas. scilz si vendat aīal infirmū pro sano. qui scienter hoc facit fraudē pmittit. et in omnibus p̄dictis venditor scienter peccat et ad restitutionē tenetur. Si vero ignorāter hoc fecerit nō peccat vendēdo. sed cū ad eius noticiā peruenit debet recōpensare emptori. Et sicut ex parte venditoris fraus committitur: sic ex parte emptoris. sicut quando venditor credit rem suā minus p̄ciosam. vt si vendat aurū purū quod credat esse auricalcum. emptor si illud cognoscat: iniuste emit et ad resti

tutionē tenetur. dñ minus illud emit q̄ valeat. Et sic est in omibus aliis rebus que minus vendūtur per ignorā tiam vendentis et cognitionē ementis. sicut qui vendit verū aurū pro auro iophusticato vel alchimico et emēs cognoscit. ad restitutionē tenetur. Similiter si venditor vendat aurū per allzymiā factū pro vero auro fraudē cōmittit. cum nō sit aurū preciosum in substātia sicut ve rum aurū. **P** Nūquid venditor debet semp dicere vici um rei quā vendit. **S** Si viciū rei que vendit occultū sit venditor debet illud ementi manifestare. Alioqn ven ditio est dolosa: et peccat venditor. quia dat ementi occa sionem damni et periculi. et tenet venditor ad restitutio nem seu recompensationē damni. sicut si venderet equū claudicantē pro veloci: vel domū ruinosam pro firma: et cibum corruptū pro sano et hmōi. Si vero viciū mani festū fuerit. sicut cum equus est monoculus et hmōi. quia licet nō competat venditori: potest tamē esse cōueniens aliis si ipse ppter illud viciū subtrahat de p̄cio q̄tuz oportet nō tenetur ad manifestandū viciū rei. q̄a forte si manifestaret illud. emptor ppter illud viciū plus vel let subtrahere de p̄cio q̄ esset subtrahendū. Unde po test venditor licite in demnitate sue cōsulere. nō manife stando viciū rei sed reticendo. Nota tamē q̄ in re vicio sa vendenda cuius viciū venditor sit debet emptori ma nifestare et dicere tenetur. nō tamen oportet q̄ per preco nem venditor illud viciū manifestet et pnūciet. quia sic exterreret omēs emptores ab emendo. qui alias rei con ditiones nō cognoscerent in quibus res bona est et vti lis. Sed sufficit singulariter ei dicere qui vult emere. q̄ potest simul omēs cōditiones rei cōparare. scilz bonas et malas. quia nichil phibet rem in aliquo esse viciosam et in multis aliis cōditionibus vtilem. Et nota q̄ res po test vendi secundū p̄cium quod reperit in locis. Unde ille qui bladum defert ad locum vbi caristia est. et scit plures blada afferentes per quos melius forum habe bitur. potest vendere bladum suum secundū p̄ciū qd

ibi inuenit . nec tenetur ratione iusticie manifestare aduentum aliorū blada apportantiū . Si tamen illud manifestaret vel de precio subtraheret hoc esset virtutis .

Q Nunquid licet rem plus vendere q̄ sit empta . **S** Rem absolute vendere propter cupiditatem lucri solū . est inhonestum . z illicita est talis negociatio . etiam clericis prohibita . Rem tamen vendere carius q̄ sit empta propter aliquem finem honestum . vt scilz lucrum honestum querāt ad domus sue sustentationē z ad subueniēdum indigentibus . aut ppter publicam vtilitatem . scilz ne res que sunt necessarie patrie desint . Et sic talis negociatio licita est z lucrum expedit vt nō queratur quasi finis : sed vt stipendium laboris . nec pprie talis est negociatio . Unde ille qui rem emit solūmodo vt carius vendat negociatur . quia solum lucrum querit z turpis questus est . Sed ille qui rem emit non vt vendat sed vt teneat propter necessitatem subleuandam z post modum propter causam necessariam vendat nō negociatur . Nec talis negociatio est venditio . licet carius vendat q̄ emit . Potest tamen carius vendere rem aliquis licite q̄ emit pluribus de causis . Quia scilz rem meliorauit vel quia precium rei est mutatum propter loci aut temporis diuersitatem . vel propter periculū in quo se emendo z vendendo exposuit transferendo res sua de loco ad locū . vel alias transferri faciendo . aut propter alias necessitates occurrentes . Et sic vendendo res plus q̄ sint empte nō est negociatio absolute . sed iusta venditio . Negociatio autē vt dictum est clericis est interdicta propter lucrum terrenorū . cuius esse debēt contēptores . et ne animū suū a diuino seruitio nimis retrahant ad quod sunt specialiter deputati . Ideo apostolus . ii . ad thimoteū . ii . Nemo militans deo implicet se negotiis secularibus . vt ei placeat cui se probauit . De restitutione vero ac de sacramento penitentie ad presens petre tibi sufficiant predicta .

Utrū extrema unctio sit sacramentū.

Cap. xxi.

Questio de sacramento unctio-
 nis extreme michi dicas. scilicet quibus et a
 quibus et quomodo ministratur. que sit eius ma-
 teria: et que sit forma. **S** Extrema unctio est sacramē-
 tum contra reliquias peccatorum que non sunt suffici-
 enter per penitentiam sublata. aut per negligentiam aut
 per ignorantiam. Est etiam extrema unctio ultimū re-
 medium disponens ad gloriam. et exhibetur per modum
 curationis. Item extreme unctiois sacramentum est
 unum. non unitate indivisibilitatis. sicut punctus. sed
 unitate perfectionis. quia in eo datur gratia ad curatio-
 nem vulnerum spiritualium. Datur autem hoc sacra-
 mentum solis infirmis qui sunt in statu transeundi de
 hac vita. quia ut dictū est hoc sacramētum ad gloriam
 disponit. et hoc in extremo vite corporalis. Et quia so-
 lum per modum curationis infirmis datur et non sa-
 nis. Similiter non datur pueris cum usum rationis
 non habeant. eo quod actualis deuotio requiritur in susci-
 piēte. Similiter non debet dari illis. qui nec deuotio-
 nem nec cognitionem habent. sicut furiosis et dementi-
 bus. nisi prius habuerint lucida interualla. et illud cum
 instantia petierint. quia infirmis qui instanter petunt
 dum cognoscunt et intelligunt. si oppressi fuerint morte
 in extrema necessitate potest dari. Hoc autem sacra-
 mentum solis sacerdotibus pertinet ministrare. ut ait bea-
 tus iacobus. Infirmatur quis in vobis inducat presbi-
 teros ut orent super eum ungentes eum oleo in nomi-
 ne domini. Materia huius sacramenti est oleum oliua-
 rum cum balsamo ab episcopo consecratū. forma autē
 huius sacramēti est hec. Per istam sanctā unctioē et per
 suam piissimam misericordiā indulgeat tibi omnis deus
 quicquid peccasti per visum vel auditū et sic de ceteris
 sensibus aliis. Unde forma huius sacramenti est solū de

precativa ut patet ex dictis beati iacobi apostoli prius dictis. Ideo illa forma indicativa scilicet. Ego ungo hos oculos oleo sanctificato. in nomine patris et filii. etc. non sunt forma huius sacramenti. sed solummodo illa verba prius dicta scilicet. per istam sanctam unctionem. In quibusdam tamen ecclesiis premittuntur. Quia vero ut dictum est hoc sacramentum datur per modum curationis spiritualis. ideo illa membra solum inungenda sunt ubi radix est morbi spiritualis. Sicut sunt quique sensus. scilicet oculi propter visum. aures propter auditum. nares propter odoratum. os propter gustum manus propter tactum. qui in digitis viget maxime. Et ista unctio ab omnibus generaliter observatur. et est de necessitate. veruntamen propter vim appetitivam a quibusdam inunguntur pedes et quandoque pectus. et quidam inungunt pectus et non renes. Et e converso. scilicet renes et non pedes. hoc tamen non est de necessitate sacramenti sicut illa unctio que fit ad quinque sensus. Genitalia vero propter honestatem et reverentiam sacramenti non inunguntur. in illis vero qui habent oculos erutos: vel manus abscisas aut nasum abscisum vel alia membra que debent inungi partes que sunt illis propinquiores debent inungi. Quia licet illa membra non habeant et ex illis peccare non possunt exterius. habent tamen illa membra in radice anime et omnia que debentur eis et peccare ex eis interius possunt circa ea que ad illa membra pertinent quousque exterius explicare non possint. ¶ Nunquid hoc sacramentum pro quacumque infirmitate potest sepius iterari? S. Potest. quia ut dictum est supra vi. cap. ¶. solum sunt tria sacramenta que non possunt iterari. scilicet baptismus: confirmatio: et ordo. Eo quod imprimunt caracterem. Sacramentum autem extreme unctionis caracterem non imprimit. et ideo potest sepius iterari. Similiter ut dictum est hoc ordinatur ad curam spiritalem reliquiarum actualis peccati: in quo homo pluries cadit et infirmatur spiritualiter. Et ideo eius medicina potest pluries iterari. Similiter est notandum quod hoc sacramentum non solum respicit infirmitatem sed infirmitates statum.

Ideoq; pro qualibet infirmitate dari potest. sed non in
 quolibet statu infirmitatis. sed solum in extrema neces-
 sitate scilz in articulo mortis i quo sperat hominē mori
 Ideo pro infirmitatibz diuturnis nō datur. sicut est pa-
 ralysis lepra ⁊ hmōi. Nec etiam pro quibusdā infirmita-
 tibz nō diuturnis. sicut febris cōtinua ⁊ hmōi. nisi peri-
 culū mortis imineat. Nota etiā q; si quis inūctus fuerit
 infirmitate durante i eodē statu: nō iterum debet inūgi:
 quia est eadē infirmitas. Si curatus fuerit a pristina in-
 firmitate ⁊ recidiuat iterum posset inūgi: quia nō ē ea-
 dem infirmitas que prius. Similiter si periculū mortis
 euadat ⁊ durante ad huc infirmitate. ⁊ iterū per eandē
 infirmitatē ad simile periculū reducat potest iterum in-
 ungi. quia iā est quasi alius infirmitatis status **P** Nū-
 quid est infirmis aliquid de fide sua requirendū cū pe-
 tunt extreme vnctionis sacramentū. **S** Debet eis indi-
 cari vt pater noster dicant ad diuinā gratiā implozan-
 dam. similiter ⁊ cymbolū ad sue fidei explanationē si lo-
 qui possint. quia tamen laici vt in pluribus a deo rudes
 sunt q; etiam cymbolū non sciunt. Ideo curati sacerdo-
 tes pluries ac sepiissime debent eos in pronis suis mone-
 re vt cymbolū addiscant ⁊ articulos fidei debent eos ex-
 plicare. vt sciant quid credere debeant. ⁊ maxime i extre-
 mo mortis articulo: vt suū habeant in illo statu pre ocu-
 lis cordis creatorē etiā ⁊ redemptorē. **P** Rogo vt arti-
 culos cōtentos in cymbolo qui sunt ⁊ quot sunt michi **L**
 dicas ⁊ exponas. **S** Articuli fidei contenti in cymbolo
 xiiii. sunt. scilz septem circa diuinitatem. ⁊ septem circa
 humanitatē christi. ⁊ in vtroq; cymbolo scilz patrum ⁊
 apostolorū cōtinentur. Primus articulus est de vnitatem
 deitatis que vna est in tribus personis. Ideo dicitur credo
 in deum. Et in cymbolo patrū credo in vnū deum. Quā-
 tum autē ad tres personas. sunt tres articuli quia q̄tuz
 ad personā patris dicitur. patrē omīpotentē. quantū ad
 personā filii dicitur. et in iesum christū filium eius. ⁊ q̄-
 tum ad personā spūs sancti dicitur. Et in spiritū sanctū. et in

De Sacramento

cymbolo patrū dicitur. Et in sp̄m sanctū dñm vivifican-
te qui ex patre filioq̄ p̄cedit. Et sic ponūtur quatuor ar-
ticipuli q̄tū ad deitatē. Ponuntur deinde tres articuli qui
pertinent ad opera trinitatis. quoz̄ primo ponitur arti-
culus qui pertinet ad opera trinitatis pp̄ria: qui p̄tinet
ad esse nature. ideo dicit̄. Creatorē celi z terre. Ponitur
secūdo sextus articulus qui p̄tinet ad esse gratie z cōpre-
hendit oīa que pertinent ad sanctificationē z ad sacra-
menta ecclesie. ideo dicit̄. Sanctā ecclesiā catholicā san-
ctorū cōmunionē remissionē peccatorū. Et in cymbolo
patrū dicitur. Qui locutus est per p̄phetas z vnā sanc-
